



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iona Propheta

Luther, Martin


Argentorati

VD16 B 3892

urn:nbn:de:hbz:466:1-36534



Antonio blanckbyell, vicario Xanten: 1533: ~



IONA

PROPHETA, CVM
ANNOTATIO-
NIBVS

M. LVTHERI.

ANNO M. D. XXVI.

IONA

PROPHETA

MYSTICVS

1877

DE BERNHARD

ADRIANVS

EXIMIO VIRO, D. IOHANNI MANTEL,
Parrocho Hyffizenfi, in Christianiffi-
mi principis D. domini Philippi Mar-
chionis Badensis & c. ditione,
fuo in Christo dulciffi-
mo, Ioannes Lo-
nicerus
Gratiam & pacem in Christo Iefu
feruatore nostro.

ET doctrine tuae & morum integritas, chariffi-
me Mantel, quam tum Stutgardiae olim ipse ex-
pertus sum, tum aliorum piorum fratrum testimo-
nijs didici, facit, ut memoriam tuam, nulla unquam ob-
liuione delendam censuerim. Quod si apud gentes,
sanctae erant amicitiae leges arctum Gratiarum uin-
culum, quanto potius inter Christianos, spiritu Chri-
sti conglutinatos, assidua debet uigere charitatis re-
dintegratio? Sed ne te diutius morer, Primum gau-
deo te consortem factum esse afflictionum corporis
Christi, carcer enim, cui biennium fere propter Chri-
stū inclusus fuisti, argumento est, Euangeliū te nūc iasse
eiusque uestigia sequutum esse. At postquam Serua-
tori nostro placuit, ut eriperet te à faucibus calu-
mniatoris, in illustriss. christianissimisque uere princi-

A ij pis

PRIMO VIRI D. HONORATI MAN-

pis Marchionis Badensis & c: ditionem transtulit,
ut illic Euangelij sui praekonem agens, ecclesiae sua
praeeses. Gratulor itaq; officio tuo, charissime Man
tel, gratulor item ecclesiae Hyffizensi, quae te uocatu
& electum, pastorem suum agnoscit & praesulem.
Ingens tibi munus delegatum est, restat ut ministeri
um tuum, quod facis, diligenter implere pergas, pro
que Christi ouibus, ut bonus opilio, fideliter canas
excubias. Quia uero periculosa sunt hodie tempo
ra, quibus, ut nunquam antehac Satanas, quam plu
rima conatur, ut a Christo, unico scopo nostro, nos
abducatur, Visum est mihi admonere te officij tui, ut
Christum iugiter praedices, in ea petra firmus &
immobilis haereas. In sacra scriptura (quae est lucer
na in loco caliginoso lucens, ut Petrus ait, cetera no
sti) nunquam non perseueres, eam & noctu & in
terdiu mediteris. Porro, ubi nuper inciissem in an
notationes M. Lutheri super Ionam, sic pie, sic san
ctae, sic diuinae mihi uise sunt, ut nihil supra, ut &
me continere non potuerim. quin protinus eas latini
tate donarem. Fateor, non debebant alia, quam De
mosthenica, uel Tulliana, uel Erasmica, uel si qua est
maiore, ut alioqui eius omnia, ita haec praclarissima
quoq; monumenta uerti, non mea incompta dictio
ne, Sed pius affectus ille, quo in hominem Dei rapi
or

or, in causa est, ut uel tanta me audere non pudeat,
praesertim quom & regnum & gloriam Christi,
uel hac parte promoueri non sit quod diffidam.

Hunc qualemcunq; laborem meum ideo tibi dedica-
ui optime Mantel, ut sit hic Ionas ueluti dux, & sa-
cra quaedam concionum tuarum anchora. Est enim
in ea summa Christianismi absolutissime compre-
hensa, & quicquid ad uitam Christo dignam perti-
net. Atqui, tute ipse ubi relegeris matora opinione
in eo libello reperies, & quam se ipso praecellenti-
or sit Lutherus agnosces. Quod si Ionae annotatio-
nes has familiares tibi feceris, facile disceptationes
quascunq; & uanas quaestiones defugies, & in sa-
cris literis persistes fidus ouium tibi commissarum
pastor. Proinde Ionam hunc, eo animo quo tibi
illum obtuli, suscipias, idq; munusculi mei in te pe-
toris fidele symbolum esse sinas oro.

Vale in Christo, cum germana

tua coniuge, qui cum se

lix fortunatumq;

perpetuo

coniugium esse

tibi precor. Argent.

M. D. XXXVI.

IN IO=

6 3

IN IONAM PRO-
PHETAM M. LVTHERI
PRAEFATIO.

Quom princeps huius mundi Satan,
undiq; lolium suum disseminarit,
ut uniuersa planè Germania cum
sectis, tum spiritibus referta sit, quibus non modo plerosq; à recto cal-
le abducit, ceterum & ijs qui constātes perseuerāt
multum faceffat negocij, ut uel hac uia à scriptura il-
los auocet, suis litibus immisceat, ac tandem hisce in-
sidijs, extra scripturæ meditationem in disceptatio-
nibus eos arripiat atq; occidat. Sūmopere nobis ne-
cessarium est, ut uersutum sceleratumq; eius impe-
tum obseruemus, ne è nostris armis et propugnacu-
lis euocatos nos, suis blanditijs clam adsequatur &
uincat. Nouimus enim, inquit Paulus, cogitationes
satane, Quin & Petrus illum haud quaquā agere
ferias adfirmat, sed eum ob ambulāntem inuestigare
quem deglutire possit. Quam ob caussam, quom ego
hactenus, cum eiusmodi sectis et spiritibus congrega-
tus sim, & colluctatus, donec & alij accurrerint.
Ad scripturam me rursus conferam, corda nostra
rursus pascam, confortabo, consolabor, & ad pug-
nam instruam, ne omnino quotidiano adeoq; ppe-
tuo certamine defatigemur, ut uerbo dei & scriptu-
ræ consolatione roborati, & fortiores et animosio-
res

res ad gerenda bella reddamur, Christus instituto tā

Nec schismatum & spiri- (sancto propitius sit-
tuum caussa dumtaxat hoc ago, quib. à dextris ado-
ritur nos satan, uerū & tyrannidis ratione, qua à si-
nistris nos impetit, Siquidem u&fani principes & e-
piscopi, dei sui prouocatione, ex animo seuiunt, &
in rabiem adiguntur, ut omnino in hoc incumbant,
ut deum & unctum eius expellant, ac uerbum eius
obliterent, cuius rei gratia, non parū sanguinis pro-
fundere, sed & porro profundere strenue, totisq; ui-
ribus moluuntur, ut adeo gloriari queamus hodie
Christianismi & ecclesiæ statum in suo flore consi-
stere, quom utrinq; acriter ipugnetur, utrinq; cōui-
cijs infestetur, dirisq; deuocatur, uitupetur & ig-
nominia afficiatur ut fortassis nullis antehac seculis
adeo uicijs & ignominia æq; defœdata sit, ut planè
mihi uideatur, extrema sua & summas uireis expe-
riri satanā, & quia animaduertit, nouissimi iudicij
diem præ forib. esse, uelle tū pro ultimo uale, optime
suā uirtutē & in Christo & uerbo eius tentare. Ad-
uersum hæc omnia, opus est nobis solamine, ne præ-
istorū horrenda imagine paueamus. ceterū summa
cōfidentia, minas, puocationē, ferociā, derideamus
certissimi, qd' p hæc omnia, ad summos cœlos nos uo-
cēt, sibiq; ipsis celerr. interitū apparēt, ut diuino iu-
dito, uelociter prsum in cineres redigantur. Ast qd
est humana uita, nisi momentanea umbra quædam?
& ut Pindarus ait in Pythijs.

M. LVTH. IN IONAM

Ἐπ' αὐτοῖς, τίδ' ἔτι, τίδ' οὐτίς; σκῶες ὄντες, ὡς
 θρωποι. post quam mortaliū uitam, in aduentu Chri-
 sti in nouissimo die, tum diuersis nos uultibus aspici-
 emus, tum diabolus unā cum laruis suis experietur
 cum principibus & episcopis suis, qui sint hi, quos
 hodie uituperant, proscribunt & occidunt.

Suscepi itaq; diuinum hunc enarrare uatem
 Ionam, uelut eum, qui optime cum euangelico nego-
 cio quadret, cuiusq; arduum, precipuum, consola-
 tionis plenum, exemplum fidei sit, quod ingens, diui-
 na etiā benignitatis, uniuerso orbi miraculum pro-
 ponat. Quis enim ex animo Deo non fideret, &
 aduersum omneis spiritus tenebrarum, mundum,
 rabidosq; tyrannos, quis non superbiret & gloria
 retur in dei bonitate? ubi hoc exempli perpenderit,
 puta, quod diuina potentia & gratia tanta possit, ut
 Ionam in media maris profunditate, ad hanc & in pi-
 sce, hoc est, non in uno, sed in uarijs mortis generi-
 bus, ab omnibus hominibus, uniuersis creaturis de-
 stitutum, tam facile conseruet & restituat? perinde
 ac nullus ei labor sit, qui id, uel solo uerbo perficiat?
 ac si dicat. Ecce hoc uno uerbo possum, quid putas
 meo me spiritu & potentia effecturum? Quom ta-
 men humani ingenij captus, maius hoc ipso, miracu-
 lum concipere nequeat, neque tenere, quod excellen-

tura

OPRAEFATIO

tius fieri possit. Vnde & Christus eximia de hoc ut
signi factio sentit, ut & prae omnibus Prophetis Iona
nam in testimonium uocet, & typum tum mortis,
tum resurrectionis suae, Matt. 12. ubi ait, Generatio
ni huic nihil signorum accidet, praeterquam signum
Iona prophetae. Praeterea & consolatio est Iona
omnium diuini uerbi ministrorum, ne desperent de
Euangelij fructibus, quantumuis egre prodeant, &
ut maxime non adpareant eius fructus. Hic enim uni
cus Iona, ad omnium in terris potentissimum regem
amplissimumque tum temporis imperium legatur, ut
si quis Ionam cum potentissimo rege conferre uelit,
plane risus & omnino impossibile uideatur, tam po
tentem regem, amplumque imperium, permoueri de
bere, conuerti ac terreri, unius exteri & peregrini
homuncionis uerbo, adeoque contione, quous tamen
rex non auditor fuerat, sed famam tantummodo per
ceperat, Ut ideo adfirmare audeam, neque Apostolo
rum, neque Prophetarum quenquam, nec ipsum etiam
Christum, unico sermone tanta effecisse, quanta Iona.
Et tam ingens esse prodigium, quod Iona Nine
uitas ad deum unico sermone conuerterit, quam in
gens, quod e uentre ceti ereptus sit. Quemadmodum
enim cetus iussu dei, Ionam in siccum expuit, sic Iona
per uerbum dei Nineuen, e uentre & faucibus dia

bolis

IN IONAM PRAEFATIO.

boli, hoc est, peccatis et morte extraxit: At nonne tantus rex sua potentia fideret, et unicū illū hominē nō ueracē reputaret, cui tamen nec sui Ebraei paruerint? Quomodo et Apostoli aequē ut ipse Christus, sic perditē contempti sint et sprete, à regibus et principibus terrae Psal. 2. Et adhuc hodie principes, episcopi, et domini sint, qui si cū rege Nineue cōferantur, extrema mendia sint, qui sua mediocritate et clitelis freti, nō modo uerbum dei contemnant, sed et persequantur.

Hinc et Christus Mat. 11. Nineuitas aduersum omnibus incredulos et uerbi sui contemptores perducit inquit, Nineuita in extremo iudicio surgent, cōdemnaturi generationē istā. Emendabantur. n. ad praedicationem Iona, et ecce maior hic Iona est, neque id immerito, Nam ingens omnino miraculum est, quod Nineuita repente adco resipiscebant, unius aduena concionatoris causa, immo simplicis unius uerbi, citra miracula nomine, Hi uero sui seruatoris nomine non resipiscunt, qui tam frequēter concionatur, atque signorum operatione perfundit etiam. Quantum est audire tale dedecus? At quantum dedecus erit, ubi et uidebitur? Sed nihil illos iuuat, sunt namque et permanent excæcati. Quare sinimus eos, nostramque tuam consolationem tum commoditatem, ex hoc Propheta, pro dei dono, recipimus.

A M E N.

IONAE PRO

PHETAE, CAPVT

Primum, iuxta hebræ
um fontem.



ET factum est uerbū do-
mini ad Ionam filium A-
mithai dicens, Surge, ua-
de Nineuen, q̄ est urbs
magna, & prædica in ea, quoniam a-
scendit malitia eorum ad faciem meā
Et surrexit Iona, ut fugeret ad mare,
a facie domini, descenditque usque
Iapho, ac reperta nauī, quæ transiret
mare, dedit naulum, & conscendit in
eam, ut una cum illis mari se commit-
teret, a facie domini. Porro, domi-
nus attulit uentum uehementem sup
mare, orta que est tempestas magna
in mari, ita, ut sese naufragium pas-
suros uerentur.

Itaque

I O N A

Itaque timuerunt gubernatores, & clamauerunt, quisque ad deum suum. Proiecerunt autem armamenta & uasa, quæ in nauis erant, in mare, ut ita leuior fieret. Iona uero descendit ad inferiora puppis, & quæuit & dormiuit.

Et aporpinquauit ad eum nauta, dixitque ei, quo tibi somnus? surge clama ad deum tuum, si forte meminerit nostri deus, & non pereamus. Et dixerunt quisque ad proximum suum, Venite & faciamus cadere sortes, & agnoscamus per quem nobis malum hoc. Feceruntque cadere sortes, & cecidit fors super Ionam, qui dixerunt ad eum, Indicaagenobis, quare, & unde malum hoc nobis? quod geris negotium? unde uenis? quæ patria tua? & de quo populo tu? Et dixit ad eos, Hebreus ego, & dominum deum celorum ego timeo, qui fecit mare & aridam. Timuerunt ergo uiri timore magno & dixerunt ad eum, Quid hoc

fecisti

supra

I O N A

fecisti: quia nouerant uiri, quod a fa-
 cie domini ille fugeret, quoniam in-
 dicauerat eis. Et dixerunt ei, Quid fa-
 ciemus tibi, ut cesset a nobis mare?
 quoniam mare commouebatur at-
 que tempestas. dixitq; ad eos, Tollite
 me & proiicite me in mare, tum ces-
 sabita uobis mare. Noui enim ego,
 quod propter me tempestas hæc ma-
 gna super uos. Et remigarunt ui-
 ri ut redirent ad siccum, & non potu-
 erunt, præ uehementi maris procella
 quæ super eos irruebat. Clamarunt
 igitur ad dominum & dixerunt, Ob-
 secramus domine, eia ne pereamus p-
 pter animã hominis huius, & ne des-
 super nos sanguinem innocentem, q-
 niam tu domine, quemadmodum uo-
 luisti fecisti. Tuleruntque Ionam, &
 proiecerunt in mare, & stetit mare a
 furore suo. Et timuerunt homines ti-
 more magno dominum, & immola-
 runt uictimam domino, & uouerunt
 uota. Et parauit dominus piscem ma-
 gnũ

gnum, qui deuoraret Ionam. Et fuit
Iona in uentre piscis, treis dies, totis
demque noctes.

CAPVT SECVNDVM

ORauit autem Iona ad dominum
deum suum de uentre ceti, & ait

1 Clamaui in tribulatione mea ad do-
minum, & respondit mihi, de uentre
infernī ululauit, audisti uocem meam

2 Porro abiiecisti me in profundum
in cor maris, & aqua circumdedit me
omnes catarrhactæ tuæ & fluctus su-
per me transierunt.

3 Et ego dixi, reiectus sum a conspe-
ctu oculorum tuorum, nec porro res-
piciam templum sanctum tuum.

4 Complexę sunt me aquæ usq; ad
animam, abyssus circūdedit me, et al-
ga tegumentum est capitis mei.

5 Ad fundamenta montium descen-
di, terræ repagula circa me perpetuo
& ascendere fecisti de interitu uitam
meam domine deus meus.

Quom

I O N A

Quom̄ uiribus destitueretur sup̄
me anima mea, domini recordatus sū
& uenit ad te oratio mea ad templum
sanctum tuum.

Qui custodiunt uanitates frustra,
misericordiam relinquunt.

Et ego in uoce laudis immolabo tibi
bi, q̄ uouī persoluam, seruatori dño.
Et dixit dominus pisci, & euomuit
Ionam ad aridam.

CAPVT TERTIVM

ET factum est uerbum domini ad
Ionam, altera uice, dicens. Surge
uade in Nineue ciuitatem ingentem
et p̄dica in ea sermonem quem ego
loquor tibi. Surrexitque Iona & per
uenit usque Nineuen, iuxta uerbum
domini. Nineue autē ciuitas ingens
fuit dei, trium dierum iter continens
Et cœpit Iona ingredi in urbem, ter
tiæque eius parte, quæ unius diei iter cō
phendebat pagrata, clamauit & dixit
Adhuc 40. dies, & Nineue subuertet̄
credide

I O N A

Crediderunt itaq; uiri Nineuitæ deo
& indixerūt ieiunium, & induti sunt
saccis, a magnis usque ad paruos. Ac
cessit autem uerbum hoc regem Ni
neue, qui mox surgēs de throno suo,
abiecto regio decore suo, sacco sese
obtexit, seditque super cinerem. Et
clamauit & præcepit in Nineue, edi
cto regis, optimatumque suorū, dis
cens, Neque homo, neque iumentū,
neque bos, neque ouis, uel tantillum
gustabunt, non carpent pascua, nec a
quas bibent. Et operti sunt saccis &
homo & iumentum, & clamauerunt
ad deū in fortitudine, reuersiq; sunt
quisque a uia sua mala, & ab iniqui
tate, quæ in manibus eorum, dicētes
Quis nouit si conuertatur & pœnite
at deum, & quiescata furore indigna
tionis suæ, & non pereamus? Et uidit
deus opera eorum, quod reuersi erāt
a uis suis prauis, & pœnituit deum
mali quod locutus erat ut faceret illis
& non fecit. CA.

CAPVT QVARTVM.

A Team dei clementiam, dolenter
 Admodū tulit Iona, & propterea
 succensuit, ac deprecatus est dominū
 & dixit, Obsecro domine, nōne hoc
 uerbum meū, quom adhuc essem in
 terra mea, propter quod & præueni,
 ut fugerē ad mare, quoniam noui q̄
 tu deus misericors & miserator, lon-
 ganimis aut lentus ad iram & multæ
 miserationis & pœnitentię super ma-
 lo, & nunc domine, suscipe quæso a-
 nimam meā a me, melius est enim mi-
 hi, quam uiuere, mori. Dixitque do-
 minus, num iusta iracundia tua? & e-
 grediebatur Iona ex urbe, & sedebat
 e regione urbīs, & fecit sibi illic um-
 braculum, seditq̄ sub eo sub umbra,
 donec uideret quidnam urbi accide-
 ret. Parauit autem dominus deus uir-
 tem albam, & fecit ascendere super
 Ionam, ut præberet umbram capiti e-
 ius, ut eriperet eum a malo suo, & ga-
 uisus est Iona ob uitem albam gauisus

b die

I O N A

dio magno, Parauit aut̄ subinde deus
 uermem, quom̄ aurora mane illuces-
 ceret, & percussit uitem albā, & aruit
 Et contigit, ut orto primū sole Deus
 pararet uentū uerentē orientalem, &
 attigit sol caput Ionæ, adeo ut exanis
 mis redderetur, & animæ suæ mortē
 deprecaret̄ et diceret, Satius mihi ē mo-
 ri quam uiuere. Dixit porro deus ad
 Ionam, num̄ iuste succenses uiti? q̄ re-
 spondit, iuste succenseo, uel ad usq̄
 mortem. Dixitq̄ dominus, tu succen-
 ses propter uitem candidā, quæ neq̄
 tuo labore p̄ducta est, nec in magni-
 tudinem creuit, Cæterum, ut una no-
 cte orta ē, sic una nocte perijt, Et ego
 non miserātē affectu tangar erga Ni-
 neuen, ciuitatē magnam, in qua sunt,
 ultra centum & uiginti millia homi-
 num, qui non nouerūt discernere in-
 ter dextrum & sinistrum, et iumento-
 rum copiam?

Finis, Iona.

IN IONAM

IN IONAM

PROPHETAM, M. LVTHERI

ANNOTATIONES.



Prophetam hunc, quidam uiduae Sa
reptanae, prope Sidonem, quae Eli
am famis tempore fouebat, filium
esse putant, historiam 1. Regū. 17.
& Luce. 4. uide. Atque hac ratio
ne eo perducuntur, quod sese hoc loci Amithai, hoc
est, ueracis filium ipse appellet. Quom mater Eliae
quinatum suum à morte suscitabat, diceret. Nunc
certum est apud me, uerba oris tui uerata esse. Atq
hoc quisquis uolet credat, Ego uero haud quaquam
fidem adhibuerim illi ratiunculæ. Ceterum Ione pa
renti Amithai nomen fuit, quem latine ueracem dici
mus, è Gath hepher, quae ciuitas in tribu Sebulon sta
ta est oriundus, Iosua 19. Sic enim legimus 14. capi
2. Regum, Rex Ierabeam, restituebat fines Israël,
ab Hemath usque ad mare in campestribus, iuxta
uerbum domini Dci Israël, quod locutus erat, p mi
nistrum suum Iona filium Amithai, prophetam à
Gath Hopher. Præterea & uidua à Zarpath, è gen
tibus erat, id qd' Christus Lu. 4. item indicat. Iona ue
ro hic primo statim ca. hebraëū se esse confitetur.

b z Quod

Quod ob hanc causam dico, Nam omnino multum ad rem facit, sic ubi certo obseruari potest, qui propheta, in qua terra uixerit, Nam non parum luminis libris eorum affert, si comperta nobis fuerint tempora, loca, personae, & facta, quae, quomodo illi supra adhuc uescerentur, contigere. Planum est ergo Ionam hunc temporibus regis Ierabeam fuisse, cuius auus erat Iehu, quo tempore Vasia rex, Iudam administrabat. Insuper, & tum in eodem regno Israel floruerunt prophetae, Hosea, Amos, Ioel, diuersis quidem locis & ciuitatibus. Ex quibus omnibus, facile animaduerti potest, quam fuerit magnus in regno Israëlitico Ionas, & quanta per eum deus operatus sit, nempe, quod per huius concionem, rex Ierabeam felici successu restituebat, quicquid Hasaël Syrus regno Israël abstulerat. Siquidem tantum illi damni dederat, ut priusquam fieret, Elisa uates id ipsum defleret 2. Re. 8. Propitius enim Ierabeam, propter uerbum Ione, deus aderat, nullo idololatriæ respectu, nam iuxta deum, aureos etiam Samariae uitulos Israël colebat, Tam ingens gratia est, si cui terrarum parti, deus unicuique, cum suo uerbo hominem dederit, ut eius causa nedum commissa & praeuaricationem condonet, sed adiuuet, & exuberantia beneficia simul implet, quod putas & faceret & omitteret, si plures uno fuerint.

Num

ANNOTATIONES

Num uero hæc historia Ionæ, quomodo in uentre piscis fuerit, & Nineuitis deinde prædicarit, facta sit, antequam regem Ierabeam adiuuerit, uel postq̄ regi auxiliatus sit, è scriptura liquido mōstrari non potest. Verisimile est primū in sua terra regi auxilio fuisse, donec regnum & instauraret & erigeret, ac postea Nineuen peregre, domini iussu p̄fectum, Nā in sua patria expertus est, quā benignus & propitius regno Israëlito, partim adhuc idola colenti, extiterit, Vnde & bona spe ducebatur, & Nineuitis clementē & propiciū fore, ita ut frustra prædicaturus esset subuersionē, perinde ac ipse fatetur et ideo

Sūma, Is rerū status erat in mūdo Io (succēset c. 3 ne tēporib. Præstātissimus dominatus, aut summū Imperium in orbe tum apud Assyrios stetit in urbe Nincue, ut postea Babyloni, deinde & Romæ fuit. Iuxta hoc imperium, alia regna, ut Syriæ, Israël, Iuda, Edom, Moab, singula florebant. Porrò regnum Israëliticum, sub rege Ierabeam, propter Ionam bene habebat, Verum & regnum Iuda sub rege Vsi feliciter administrabatur, Sed uale dixit, & postremam benedictionem sub Ierabeam, regno Israël dominus dedit. Nam post mortem Ierabeam, quom populus nihilum sese emendaret, nec ab Idolatria desisteret, corruebat regnum, conficientibus se mutua

cæde regibus, donec Cæsar Assyriorum exercitū suo, & Syriam et Israëlē destrueret, eosq; secum abduceret, ut neque in hodiernum diem restaurati sint, ut secundi Regum postremum caput indicat. Imminente igitur tanto malo, adeoq; deuastatione totius regni, propter scelera populi, præmittit uerbū suum per Prophetas suos Deus, admonetq; eos, ut reuertantur ad cor, aut ut saltem aliquot eripiantur ac seruentur,

Id enim perpetuo deo in more est, ut quom indignatio eius magna insteterit, primum uerbum suū emittat, & quosdam eripiat. Sic Noa ante diluuiū, Loth ante subuersionem Sodomæ, Abraham, Isaac Iacob, ante Canaan interitum, uindictæ suæ præcursores misit, Sic Iosephum & Mosen, priusquam Aegyptum cæderet, Ionam & Hoseā, priusquam Israëlē uastaret, ac Ionam antequam Nincuen destrueret, legauit fideles exhortatores, & uerbi dei ministros, ita Christum unicum filium suum ipse in mundum ablegauit, priusquam nouissimi iudicij, postrema ira adueniat. At uero post Christi mortem, nequā Hierosolyma, sed Roma, unā cum uniuerso regno eius & imperio deuastabatur. Et nobis cadē gratia, & ingens diuini uerbi lumen contigit, quare certissima pernitēs imminet, ac primum Deus quosdam eripere

ANNOTATIONES

eripere uult, antequam aduentu suo nos omnes perdat nisi à prauo itinere deflexerimus, uti, prò dolor nihil dum respicimus, quom & diuinæ ultionis nõ parua principia uideamus.

Surge uade Niniuen, ciuitatem illam magnam, & prædica in ea, &c.

Videmus hic aperte palam, ut Deus non solos Iudeos, uerũ & Gentes suscipiat, Et ut Pau. ait Ro. 3. quod non modo iudeorum, sed & gentium deus sit. Neq; tamen circumcidisse se Nineuitas hic legimus, nec iudeorum eos acceptasse legem, aut obseruasse eos comperimus. Ceterum, quod ideo solum commendetur, quod uerbo Dei crediderint, uitamq; suam & mores correxerint. Atque hic est uehementissimus impetus et robustissimum argumentum aduersum iudeos, pro fidei nostræ confirmatione, nobis notatu dignissimum. Ex hoc enim fortissime & irrefragabiliter concludere possumus, & circumcisionem, & Mose legem prorsus non esse necessarias ad hoc, ut quis iustificetur, aut Deo placeat, neq; id ueritati consonũ, id quod iudæi arbitrantur, oēs homines oportere Iudaismo & Mose legi dare nomina, perinde, ac ipsi soli populus Dei forent.

b 4 Hic

Hic enim Ionas in propatulo confpicitur, Stat enim
& in libro suo commonstrat, quòd Nineuita, sine
omni lege & ceremonijs, per solam fidem & ope-
ra fidelia Deo grati sint & satisfaciant, nec plura
ab illis exigere Deum. Nam si lex Mose ad iustifica-
tionem necessaria esbet. oportuisset hanc illos susci-
pere. Sed nihil huius hic accidit. Econtrario reperi-
mus fidem & bona opera à Iudæis exigì, neq; quic-
quam illis uel circuncisionē, uel diuersa studia pro-
desse, quemadmodum eos cum suis tum sacrificijs,
tum operibus reijcit Esaias. Atq; hic pulcherrimo
d. Pauli locus enutscit, Romano. 2. Quod Gentes,
quæ legem non habent, legem tamen seruent, &
Iudæi per legem, legis transgressores constituantur.
ut quisquis facillime tenere, & palpare etiam
possit, legem solis Iudæis aliquandiu latam, ijsq; ad
tempus impositam, ut ea ueluti carcere & torture
cogerentur ac humiliarentur, ut Paulus Galat. 4.
ait. & nequaquam ut inde deberent, aut possent
iustificari, sed potius ut auiditum ad Christum tum
gratiam eius suspirarent. Confirmat itaque Iona
cum sua prophetia locum Pauli Roma. 3. Quòd per
opera legis coram Deo nemo iustificari possit, sed
quòd per solam fidem, quæ tum bona opera facit,
hominem iustificari oporteat, ut hic in Nineuitis
uidebitur

ANNOTATIONES.

uidebimus. Quòd si Nineuitæ non fuerunt obstri-
cti, ut Mosæ legem seruarent, aut ut Iudaismo se
dederēt, tum quom Christus nondum in carne ue-
nerat, florente adhuc apud Iudæos lege, Quanto
minus nos lege tenemur, postquam Christus adue-
nit, & legem etiam apud Iudæos abrogauit? Qua-
re nobis æque nihil atq; Nineuitis necessarium est,
quàm uera fides, quæ bonum operetur & homines
iustificet, &c.

Enumero hoc non Iudæorum tantum, sed no-
stri etiam causa dico, qui non unum dæmonum ge-
nus aduersus hanc doctrinam sustinemus. Primum
cum suis omnibus Papam, qui nouam doctrinam
esse calumniantur & interim pluribus & maiori-
bus nos legibus degrauiant, quàm Moses Iudæos,
quibus nos iustificare causantur. Atqui satis eam
annosam arbitror, quom Ione contemporanca, tan-
to nimirū ante Christi natuitatem interuallo sit, Ad
hec & sufficientem doctrinam autumo, quando-
quidem Nineuitas citra Mosæ legem, ac priusquam
cuiquam de Papatu somnum obrepere potuisset,
iustificarit. Secundo, sectas turbulentosq; spiritus
perferimus, qui nos & Mosæ lege, onerare & no-
stri fieri magistri gestiunt, quom neq; inter Mosæ
neq; Christum discernere queant, neq; quousque
b s Moses

Moses auctoritatem habeat, aut quò scruiat no-
 rint. Quod genus Imaginum exturbatores fuere,
 tum qui gladium mundanum è Mose accipere in
 animum induxerant alacriter exclamantes. Hic
 est uerbum Dei, uerbum Dei, uerbum Dei. Qua-
 si uero satis sit uerbum adesse Dei, neque etiam
 cum discrimine animaduertendū sit, quales ij sint,
 quibus uerbi ministerium delegatum sit. Nam &
 uerbum & mandatum Dei erat, quod Noa arcam
 edificaret, quod Abraham filium suum immolaret
 quòd Salomon templū extrueret. Ast mihi non idem
 faciundum est. Mihi enim hoc Dei uerbum non di-
 ctum est. Mihi uero & omnibus, generale hoc uer-
 bum dictum est. Emendate uitam uestram & credi-
 te, quemadmodum & hic Nineuitis dicitur. Quare
 nobis non est quærendum, num uerbum Dei sit, ue-
 rum numnā hoc ipsum nobis dictum sit, aut secus.
 Tumq; illi nos addicere, uel non addicere, &c.

Sed ecce, quàm arduum Ionæ officium iniungat
 Deus, ut unico illi homini prædicationē demandet,
 aduersus potentissimum Assyriorum Imperium,
 aduersus Regem & Satrapas eius & Prināpes. At
 tamen uehementer male habet Princeps & Potesta-
 tes, si quis in eos inuehatur, ac planè ab omni incre-
 patione uolunt esse liberi adeoq; impunes. Iam hie
 Ionæ demandat Deus, ut Maliciā illis suam nunciet.

Que

ANNOTATIONES.

Quæ res sanè animum requirit. hic aperias os ne-
 cesse est. Siquidem dicendum illis fuit per Ionam
 prauis estis & dammati. Bona uestra uita nihil ni-
 si species & fucus est, quæ imponit uobis. Fieri
 enim non potuit ut in tam præpotenti Regno non
 uigerent egregij homines, qui coram mundo ho-
 nestam, inculpatam que uitam duxerint. Hos om-
 nneis reprehendere, diuina ira terrere, magna
 quidem mea sententia res est, ac omnino, principi-
 bus uiris præsertim, intollerabilis. Sed quid hic diu
 cômoror? parum actiones illas consyderamus, cum
 in speciem aspiciamus, ceu eas quæ ad nos non at-
 tineant. Sin eadem nobis accidere deberent, aut cõ-
 ram tum agnouissemus, uideretur sanè, nihil ullis
 unquam sæculis, ut nullis hominum, sic nec nobis,
 aut stultius, aut uires humanas magis excedens, au-
 ditum esse factum ue, quàm quod unicus homo tan-
 tum adoriretur Imperium? Quã de se speciem præ-
 beret, si tu uel ego, ad Turcam legaremur, tum ut
 ipsum, tum Principes & Imperium eius corripe-
 remus? Quoties ridiculum fuit, si quisquam aduer-
 sus Papam alicubi dixisset? Verum Dei operum
 talia sunt auspicia, ut stulta & impossibilia pri-
 mum appareant, ut ratio in his desperare cogatur,
 et ijsdem posticis sannis occurrere. Sed hæc oia

IN NO

in nostrum uertuntur commodum, ut credamus: Nam quicquid loquitur & orditur Deus, id ad felicem finem quoque perducit, quantumuis stultum, & humanas uires exuperare uideatur. Nam stultum Dei sapientius est hominibus. 1. Corin. 1. Quod ipsum hic Iona pulcherrime commonstrat.

Et surrexit Iona, ut fugeret ad mare a facie domini, descenditque usque Iapho.

Et Latinus & Græci Bibliorum interpretes, in Tharsis, habent. quod ego, ad mare, uerti. Et quominus me scioli nimium ideo condemnent, huius uersionis meæ rationem reddere cogor. Primum affirmant, Tharsum Ciliciæ oppidum, profectum esse Ionam, unde Paulus oriundus fuit. Acto. 9. Cuius adfirmationis nullum profecto Scripturæ fundamentum, habent. Neque enim hic textus usque Tharsum, sed in Tharsis uel super Tharsis, hebraice לְבַרְתָּן תַּרְשִׁישִׁית Græca Biblia sic, τοῦ φῦξι γῆς ἢ τῆς θαλάσσης. Dæ sunt Hebrææ lingue uoces, quæ mare significant יַם תַּרְשִׁישִׁי iam & Tharschisch. Iam non Oceanum tantummodo notat, uerum & ingentia stagna. Sic Lucas mare, stagnum uocat, in quo Christus unà cum discipulis suis,

ANNOTATIONES.

lis suis, prope Tyberiadem, Capernaum & Bethsaida nauigabat, quod Ioannes & ceteri Euangeliste Galileum mare appellant. Sic Mose Gene. 1. ait: collectionem aquarum Deus uocauit Iam, hoc est, stagnum aut mare. Tharsis uero proprie mare magnum, significat, quod non est stagnum, ueluti, in quo Rhodus, Cyprus, & alie non paucae insulae sunt, quod & d. Paulus translegebat Acto. 28. quod iam à Turca, Venetis, Gallis & Hispanis occupatur, à Cilicia enim usque ad extrema Hispaniarum protenditur. Similiter mare caricosum, ac si qua sunt hoc genus ingentia maria Tharschisch uocantur.

In hunc modum Psalmus. 22. ait. Reges Tharsis & insulae munera offerent. hoc est Reges magni maris, cum Insulis, quae in eo mari sitae sunt. Siquidem urbs Tharsus nunquam regnum fuit, neque unquam unum Regem habuit, tantum abest, ut multos. Hac ratione Salomo classem suam in Tharsis, hoc est in mare mittebat, uersus Orientem per mare rubrum, ut aurum ex India adferret. ubi non potuit classis Tharsum usque deuehi, quom inter mare rubrum & Tharsum sola terra mediet, uti nouerunt, qui orbem terrarum circumlustrant. Rursum & Psalm. 45. inquit. Qui destruis naues Tharsis ue-

sis ue-

sis uehementi uento, hoc est nauis in mari. Et Esaias. 23. Ululate naues Tharsis, id est, naues maris: atq; horum locorum non parum multi sunt, ut et Hieronymus ipse fateatur, mare potius, quam Tharsum ciuitatem hic significare posse. Nam hoc non querebat Iona, ut ad certam aliquam urbem fugeretur, cum nusquam illi quicquam negocij gerendum erat. Sed fugere tantummodo ad mare cogitabat, quocumq; tandem etiam perueniret. Fugam querebat, nec illi curæ erat quò deueheretur. perinde ac textus hic ait. quod abierit ut præ conspectu domini fugeret, ac nullo fugæ apparente loco. mari sese credidit, quoquò uentis abigeretur.

Iapho, ciuitas est Ioppe. ad quam appellitur, ubi Hierosolyma petuntur. In nostra uernacula formosam et pulchram sonat. illic portus est in Iudæam ducens, adeoque prima statio carinis, Iudæam petere uolentibus: Iona uero ab Hierusalem et Iuda ad mare profectus est occasum uersus. Quod et ipsum uerbum indicat, quo dicit, quod ante faciem Domini, se in fugam conuerterit, Quis à facie Domini fugere potest, nonne est undique locorum, ut Psalm. 138. testatur, Quò me uertam à spiritu tuo? et quò à facie tua fugiam? Nec enim tam amens fuit Iona, quin sciret, Deum ubiuis locorum esse,

ANNOTATIONES.

esse, quom ipse posthac fateatur, se inferuire Deo,
 qui cœlum & terram, mare & aridam condiderit.
 Ad hæc audierat, Deum esse apud Nineuitas, quom
 arguere eos maliciæ suæ cogitaret, & in hoc Io-
 nam cõ legare. Quare sic accipiendum est, Gemi-
 nam esse Deo siue essentiam, siue præsentiam, Al-
 teram naturalem, Alteram spiritualem. Natura qui-
 dem ubiq; locorum est, Esaiã testimonium dicente.
 66. Cœlum mihi sedes est, & terra subsellium pe-
 dum meorum. Hoc modo & in medijs inferis est, in
 medijs item peccatis & morte, ut pauloante reci-
 tatus Psalmus habet. Si descendero ad infernum
 illic ades, &c. Sic ei nemo effugere potest. Et spiritus
 nusquam est, nisi ubi spiritu cognoscitur, hoc est, u-
 bi uerbum eius, fides, spiritus, cultusq; Dei uerus est
 illic sui sunt, qui soli sentiunt, Deum talem esse, ut
 omnia possit & ubiq; sit. Impij uero hoc non senti-
 unt, neq; credunt, neq; nouerūt, Deum undiq; loco-
 rum esse, etiamsi ab alijs audiant, et ipsi etiã alijs re-
 citare sciant. Sic à deo quisquã fugere potest, si ad eũ
 se locum recipiat, ubi nullum uerbũ, nulla fides, nul-
 lus spiritus, nulla Dei cognitio fuerit. Sic Iona fuga
 sibi consuluit, ne pareret iussis Dei. hoc est fugit ex
 Iudea, a deo q; ex ea terra, in qua Dei uerbũ, spūs,
 fides & cognitio Dei erat, quõ ad mare, ad gentes,
 ubi

ubi nulla fides nec uerbum, nec spiritus Dei erat.

Num Hic nunc statim controuerti solet, Num Iona
 pecca- peccarit quòd ante faciem domini fugerit. Veterani
 rit Io- patres plus æquo propensi fuerunt ad excusatio-
 na? nem prophetarum, Apostolorum aliorumq; clari-
 rum sanctorum. Qua stulta humilitate eò tandem
 prolapsi sunt, ut antea uerbo Dei manus attulissent
 quàm permittere uoluisent Sanctos peccatores esse.
 Quamuis humilitas illorū ferenda sit, quæ ex odio
 peccati, Iusticiæ uero honore manauit, periculosum
 tamen est, scripturam ita flectere, patrumq; inter-
 pretationem sequi. Christus multo diuersius docet,
 Matth. 5. Vbi cælum & terram antea peritura di-
 cit, quàm Iota unum, aut apex unus prætereat. Præ-
 stat minus tribuere sanctis, quàm numium. Et meli-
 us est, illis quicquam derogare, quàm Deo in uer-
 bo suo quicquam demere. Absq; diuis enim seruari
 possumus, Absq; uerbo Dei nullo equidem pacto.

Fortiter itaq; & intrepide in uerbis Dei pedem
 hic figimus, admittimusq; Ionam hic grauius pec-
 casse, & grande, impiumq; designasse facinus, quo
 in sempiternum condemnari debuerit, nisi inter ele-
 ctorum numerum uite libro inscriptus fuisset. Ne-
 mo enim negare potest ulla ratione. Deum in man-
 datis dedisse Ionæ, ac præcepisse, ut iret Ninuen &

illic

illic prædicaret. Ad hæc certum est, Deo non esse
 iocum, sed ingens serium, quàm ingens id fuit, quo
 præceperat Adæ in Paradyso, ne uesceretur uetito
 cibo, &c. Affirmat enim Nineuitarum maliciam ad
 se ascendisse. quibus indicat uoluisse totum se casti-
 gare Imperium. Et ut uerbo dicam. Ingens ira im-
 pendebat: Porrò & hoc manifestum est, Quod Io-
 nã tam austero mandato Dei non obtemperet, fugit
 enim, quòd facere recusabat, unde similiter peccat,
 ac Adam in Paradyso. Nam non solũ tale Dei præ-
 ceptum celeriter suscipere, uerum & summa leti-
 cia, summo serio, et maxima diligentia expedire de-
 buit. ac potius centũ perferre Mortis genera, quàm
 uocã Dei non morem gerere. Quid enim magis hor-
 rendum, quid crudelius, quid sæuius esse, aut exco-
 gitari potest, quàm Dei non parere uoluntati? Vi-
 de, quid propter non dissimile delictũ, Adamo, Sau-
 li, & uniuerso populo Israël acciderit? Imò Reputa-
 ta, quid ipsi Ionæ ea de causa obueniat? Opinor e-
 quidem inobedientie eius satis abundam refusam
 esse gratiam, ut pœna indicet, non leue illius peccat-
 um fuisse. Scilicet, quàm belle effugit diuinam obe-
 dientiam in mari, ut etiam optare potuerit, ter in so-
 lo, pro ea pœna, mortem oppetere: Nineuen adire
 recusat, ideo in mediũ mare, in ceti fauces penetra-
 re cogitur.

& Atque

Atque hæc omnia in nostri admonitionem memoriae prodita sunt. Primum, ut discamus, Quod quis quis sua sponte, suoque comodo, deo parere non uult is tandem inuitus, suoque incommodo cogitur obtemperare. Nam eius uoluntatem progredi oportet, ac iuxta uidemus hic, quod qui, Dei causa, parum ferre recusat, is multa tandem perferre compellitur, Vt nihil nobis commodius ideo fuerit, quam sine ulla cunctatione dicere, Fiat uoluntas tua in caelo, & super terram. Attamen hoc non modicum, diuinae gratiae symbolum est, quod mox post peccatum Deus Ionam uisitat & punit, nec illum uoti sui compotem fieri sinit, nec diu in coepcrdurare, ut recte cum Dauide canere queat, Castigauit me dominus, sed morti non tradidit me. Alterum, Vt gratiam dei recte cognoscere discamus, neque a nostris, uel meritis, uel demeritis pendeamus. Ceterum, ut sciamus, neque peccatis nos damnari, nec bonis actionibus nos seruari, & quod sola nos gratia Dei retineat, & quod, tum peccata, tum bona opera nos gehennae addicant, ubi in peccatis nostris desperauerimus, & bonis operibus confisi fuerimus. Nam hic, nullo quidem opere Ionam hoc consequi cernis, quod in uentre ceti conseruetur & rursus in terram expuatur, sed ex sola Dei misericordia, ut ipse in suo hymno pulcherrime exponit
ut

ANNOTATIONES

ut posthac audiemus. Rursum omnino uides, quod uehementer peccarit Iona, nec tamē ideo aut damnatur aut derelinquitur, quod ideo fit, quia non desperat, nec à deo se deijāt in peccatis. firmus .n. in gratia dei hæret, seq; ulro pœnæ offert. Si nanque desperasset, nunquam in lucem reductus esset. Summa fides eius in medijs peccatis effiāt, quod eius non potest obliuisci Deus, sed cogatur eum denuo extrahere de quo posthac plura dicenda sunt.

Proinde & hac nobis maxima sanè consolatio ē quod uideamus, quā grauius summi & præstantissimi diuorum aduersus Deum delinquant, neque nos tantummodo miseros profligatosq; peccatores esse, sed & illos homines fuisse, & humanum quid passos, tanquam & ipsi carnem et sanguinem haberent ac nos, Ne & nos, si quando peccemus & corruamus, desperemus, modo ne ex regno gratiæ, per falsas doctrinas & superstitiones, exadamus. Nam ut in regno gratiæ nullum peccatum tam graue est, quin condonari possit. sic extra gratiā, nullum opus tam bonum, nulla uita tam sancta est, quin damnationi obnoxia sit, Atque hoc uoco in regno gratiæ permanere, ut ne contra gratiam peccetur. Porro contra gratiam duplici uia peccatur. Prima, quādo præuaricatus sum diu. num præceptum, illique præuari-

rationi diabolicam hanc appendicem addo, ut desperem, mihiq; talem consaentiam faciam, ac si Deus mihi dimittere commissa nolit, ac nulla illic gratia porro mihi relicta sit. Tum enim uere nulla gratia est, sed cum uniuerfa sua gratia deus abnegatus, & ad nihilum redactus est, Hoc tum non ultra humanum sed diabolicum peccatum est, adeoq; in spiritum sanctum peccans, quod dimitti non potest, quam diu sic durat, nam recta gratiae repugnat, per quam delictum remitti debebat.

Id uero est permanere in regno gratiae, quando de gratia Dei non despero, nec de condonatione peccatorum, quantumuis insigne peccatum sit, sed firmiter mihi proposuero, & in mentem induxero, esse adhuc gratiam, & peccati remissionem apud Deum, etiam si ira Dei, et omnium creaturarum furor me deglutire uellent, & si mea mihi consaentia dicat finitam esse gratiam, nec uelle deum peccata dimittere, hoc tum gratiam est super omnia extollere, praedicare & honorare, aduersus illorum auiditiam, aduersus omnem iram & iudicium, uti Iacobus in sua Epistola ait, Misericordia aduersus Iudaeum gloriatur & audet, hoc est, Gratia plus ualet quam uniuerfa ira, uniuerfa sententia & iudicium Dei. Et qui hoc ita crediderit, is per hoc audere potest.

ANNOTATIONES.

test aduersus omnem indignationem & sententiam dei, Qui hoc non potest, in eo iudicium aduersus gratiam gloriatur, & gratiam nihilum fieri oportet, ut iudicium solum dominetur, ad mortem & condemnationem. Sicut e contra, ubi gratia regnat, ibi iudicium in nihilum redigi necessum est, ut gratia sola dominetur, ad uitam sempiternamq; felicitatem, ut Iona huic euenit, Hæc non amplius humana iusticia est, quæ nostris operibus & uiribus consistat, At uero angelica, immò diuina iusticia est, quæ in fide & spiritu, sine ullis operibus persistat, nam nuda gratiæ adheret, id quod nullum opus potest, Nā totum hoc, in corde & consensu fit, ubi nullum opus est, nec eò peruenit.

Altera uia, quando ad bona opera quæ facio, hoc auctarium diabolicum repono, ut in illis fidam, in illis glorier, mihiq; deinde consensum faciam, quod per hæc coram Deo persistere queam, tanquam peccatum non absit in me porro, propter ea bona opera, per hoc enim gratia à me pro nihilo habetur, tanquam non sit necessaria, aut nihil commodet, quom totum hoc, quod ad salutem nostram pertinet, opera præstare possint. Hic iterum Deus, omni cū gratia sua abnegatus est, atq; non porro diuina, sed planè diabolica iusticia locum habet, quæ dimitti nō po-

test, quamdiu sic durat, et quamdiu non agnoscitur. Atque hoc demum est extra gratiæ permanere regnum, & aduersus gratiam peccare, quando in operibus aut rebus nostris adeo iusti constituimur, ut neque condonatione nec gratia in ijs egcamus, sed absque, tum gratia tum condonatione, opera ipsa p se se bona, satis & pura reputemus, Tum diui Iacobilocus inuersus est, nec porro ita sonat, Misericordia aduersus iudicium gloriatur, Ceterum, opera aduersus iudicium gloriantur, immo opera aduersus misericordiam gloriantur, quod quidem in spiritum sanctum est peccare, cui ignosci nõ potest, hoc est, nõ habet gratiã, qua remitti possit, sicut omnia reliqua peccata, quæ sine tali appendice & additione fiunt, Nam cætera peccata id seruant & permittunt, ut hanc fiduciam & audaciam siue gloriam retineant, quod adhuc gratia & remissio sit apud Deum, quæ etiam maior sit, quàm ullum peccatum. Illa uero peccata & bona opera, oculos suos à gratia dei iiciunt, nec finunt confidentiam, de qua Iacobus loquitur, sed peccatum dicit, non esse porro gratiam, nec uelle Deum ignoscere sibi, Sic & ex gratiæ regno prolapsi sunt, & aduersus gratiam peccant.

Exijs

ANNOTATIONES.

Ex ijs pulchre tandem intelligitur, quid Christus uelit quom peccatum in spiritum sanctum non remitti prædicet, neq; in hoc neque in futuro seculis uide, Matthei. 12. Mar. 3. Et quid Iohannes uelit, ubi ait, non esse orandum pro peccato, quod ad mortem fuerit. Nam peccatum mortale uocat, peccatum in spiritum sanctum. Atque hæc omnia tantum ualent. Qui in peccatis desperarit, ac misericordiam Dei negarit, & qui in bonis operibus confidentiam ponit is & in spiritum sanctum peccat, & in gratiam Dei. Orandum est quidem mihi, ut à tantis illi peccatis liberentur, At quod Deus illis in eiusmodi peccatis propitius sit, ac suam gratiam in eorum cordibus pluris ualere sinat, quàm tale peccatum, quemadmodum in alijs peccatis usuuenit, id uero conferri non potest. Tum enim simul precarer, quod gratia Dei minus ualere, & iuxta tamen plus ualere debeat, quàm istiusmodi peccatum. Sed frustra hic laboratur. Mea enim interest, aduersus tale peccatum orare Deum, itidem ut Moses Nume. 16. ubi aduersus Core precatur inquit. Ne quæso respicias sacrificia illorum. Nam & Core coram Deo aliquid esse uolebat, quod tollerandū non erat. Alioqui quæcumq; peccata ferenda sunt, modo gratiæ dominatū & Imperiū permittant, de quo nunc satis,

Quid sit peccatū in spiritū sanctū non remitti.



Cur fu uen peteret? *Varia hic quidem rationes ostendun=*
gerit tur. Primū quod tam arduum, nouum, inauditumq;
Iona? ministerium recusat, quòd ipse præ omnibus alijs
prophetis, solus in exteram terram amandaretur
ad tantum Regem. Nusquam enim proditum memo-
riae reperimus, quod Deus unquam ex terra Israël
prophetam ad tam remotum, idq; potentissimum re-
gnum miserit. Hoc ergo existente nouo raroque
mandato, cuius nullum antea exemplum uisum sit,
nunquam enim simile quicquam contigerat, Per Iona-
ne propheta mirum uisum fuit, adeoque rarum
quod præ cæteris ipsi Deus tale demandet. Sic enim
natura affecti sumus, ut non facile diuina iussa se-
quamur, nec libenter aggrediamur, si quid singula-
re præ alijs nobiscum auspicetur Deus. Quemad-
modum & Petrus, ut est Iohan. ultimo, ad Iohan-
nem retrospectiebat, quom Christus illi diceret, Tu
me sequere, interrogabatq; quid Iohannes facturus
esset, Neq; uidemus, quòd tandem nos ipsos Dei uo-
cem solos sequi oporteat, sicut & Iona accidit, qui
inuitus à suis discedit, & solus tandem cogitur, in
medium mare, adeoque in fauces balenæ discedere.
ubi eum non secus animatū esse per opus fuit, quàm
se cum Deo solum & in cælo & super terram esse.

◊ rem sane difficilimam.

Posset etiam dici, quod timuerit sibi à præpotenti Rege. Quidam & eam causam adducunt, quod uerebatur prophetiam suam retrogredi, nec fore, quod prædixisset, quemadmodum & factum est. Timebat itaque, ne pro mendace haberetur, adeoque pseudopropheta, cuius uerbum, ut à Deo non prodierit, sic nec uerum sit. Sed ea ratio, nulla est. Nesciebat enim Iona quid futurum erat, quartum enim caput eum ante urbem resedisse adfirmat, ut uideret, euentum de urbe uatiani sui. Ex quo satis obseruari potest, expectasse Ionam subuersionem & interitum urbis, talem, qualis Sodomæ & Gomorræ contigit, & quia id non factum sit, ideo suænsuisse hominem. Vnde rursum coniectura licet consequi, eam fuisse inobedientiæ causam, quod Nineue ciuitati, in sensus fuerit Iona, adhucq; Iudaicam, carnalem opinionem de Deo conceperit, ac si Deus tantummodo Iudeorum, & non gentium item Deus sit. Quare sic animatus fuit, ut cogitaret apud se, indigniores esse Nineuitas, quam ut cum uerbum tum gratiam super illos effundat Dominus, quom non essent populus Dei, hoc est, Iudæi, uel Israëlita. Aequæ atq; Apostoli primum carnaliter arbitrabantur Christi regnū corporale futurum, ac ubi postea

regnum esse spiritus cognouissent, adhuc tamen ad solos Iudeos attinere putabant, unde & solis Ebraeis Euangelion annunciabant. Acto. 3. Donec illis Deus, per uisionē, quae Petro de caelo apparuit, Acto. 10. & manifestam uocationem Pauli & Barnabae Acto. 13. & per signa & prodigia, tandem etiam per generale concilium quod Acto. 15. coactū est, certo demonstrauit, se Gentibus suam impertiri gratiam, seseq; pariter gentium esse Deum.

Nam difficile admodū Iudeis erat creditu, extra Ecclesiam Israeliticam, alios superesse populos, quorum cura tangeretur Deus, quom scripturae loca de Israelis Abrahamique semine propalam sonent, ad haec, quom apud eos modo, uerbum Dei, uera religio, lex sanctique propheta essent. ut & ob hanc uel maxime causam Apostolus ad Romanos Epistolam scripserit, qua tum acerrime, tum fortissime illum ipsum planē locum tractat, potentissimis quidem scripturis, utpote, Deum non tantummodo Iudeorum, sed & Gentium esse Deum. Nam hoc hodiernum adusq; diem Iudeis impedimento est, quominus Christo nomina dent, quod credere nolint, Gentes aequē populum esse Dei, ac se. Itaq; eadem se cum reputans Iona, in id certaminis peruenit, ut animaduersione tanta, praeterea & uitae albae parabola,

ANNOTATIONES.

bola, fortiq; de caelis Dei testimonio discre cogatur, & Nineuen, ciuitatem esse Dei, & Nineuitas populum esse et haberi Dei, Quemadmodum ergo Christus discipulorum suorum, carnali, de regno, cogitationi ignoscebat, Sic & Ionæ carneam mentem non imputat. Ecce, quàm difficile hactenus fuerit credere, usquam esse Christianos, qui Papam nõ agnoscerent, nec ei obtemperarent, penes quem tamen nihil est cernere, præter mendacem speciem, sic cum religionis, ac peruersam scripture interpretationem. Quid putas euenturũ esset, si fortes, clariq; Scripturæ loci Papatum stabilirent, uti Iudaismus fundatus erat? ut nos, Turcas, Iudæos, Gentes, abhorreremus? ut nos Papatui iungeremus? idem Ionæ in Iudaismo, Israëliticq; regno contigit.

Atq; hoc est, quod cap. 4. dicit, Sese ideo fugisse, quòd sciuerit, quantæ sit clementiæ & miserationis Deus etc. quo se ostendit dolenter ferre, illã Deiclementiam, qua gratiam Nineuitis impertit, seq; propterea prædicationem intermittere malle, imò & mori potius, quàm quod Gratta Dei, quæ peculiari-ter ad Iudæos pertineret, in Gentes distribueretur, quæ neq; Dei uerbo, nec Mosis lege nec religione, nec prophetis, nec aliqua re conspicui essent, sed potius Deo, uerbo eius, populoque, repugnarent. Et
quod

quod hæc sit Ionæ sententia, manifeste indicat, quod Deus in iram & dolorem eius his uerbis animaduertit, Non ego Nineue parcerem, & c. quibus certe intelligi datur, Ionam pergrauiter tulisse, quod ciuitati parceret, ac succensuisse quod eam non funditus subuerteret, quemadmodum prædicauerat ipse, ac perquam lubenter uidisset. Proinde hæc historia, exemplum nobis est, consolationis plenissimum, de gratia Dei. Primum, ut sciamus, quàm sit nullus coram Deo personarum respectus nosq; neminem iudicare, nec de quoquam desperare debere. Iona enim hic in respectu personarum adeo profunde hæret, ut Nineuitas ad Israël collatos coram Deo nihil ualere sinat. fortiter de illis sententiam fert & morti adiudicat, cum damnatos, ac desperat de eis, quod gratiam consequerentur, præterea sperat & expectat eorum perniciem, & simpliciter sic in animo suo cogitat, Quid illi peccatores ualere, quare digni essent, quibus nec lex, nec ulla religio est? Quod si ipsi Gratiam Dei habere deberent, quid Israël cum tot legibus & ceremonijs promoueret, si non aliquid singulare, & prærogatiuam aliquam præ reliquis Gentibus consequeretur, si Gentes absq; talilege & religione ad gratiam trahantur? Essent enim iudeorum ceremonie cassæ & religio inutilis ac labor

ANNOTATIONES

labor non necessarius, quous tamen onere & ardo-
re, totum diem defatigantur, & illæ atra sudorẽ hu-
iusmodi & æstum, equum denarium adipiscantur?
Num hoc toruum uultum efficeret, & ad reluctan-
dum patrifamilias permoueret? nonne cum impossi-
bile tum iniquũ coram deo merito uideri deberet?

Atqui nimis hic aberrat, & duriter impingit Io-
na, Siquidem ubi putarat non posse fieri, ut gratia
Dei esset, & ubi potius meram indignationẽ & ul-
tionem sperasset, illic primum existit gratia, Et ubi
cogitarat nõ audituros nec suscepturos homines uer-
bum Dei, ibi primum summa cũ ueneratione & hu-
militate suscipiunt, ut suo ipsius experimento discere
cogatur, sua non interesse, ut quenquam iudicet,
uel de quoquam desperet, nec debere se gratiæ Dei
præfigere metam, tempus, modum aut personam,
neque meritum etiam ponere, uel demeritum eidẽ,
carnalium Iudeorum in morem. Secundo, quod
recta nobis mandato Dei parendum sit, nec diu cir-
cumspiciendum aut cunctandum, quo pacto cum ali-
is causis Dei mandato conueniat, Sed nostra sponte
Dei nomine stultescere nos operæ precii est, ipsiq;
deferre honorem hunc, quod iustus & sapiens sit
in omnibus & uerbis & actionibus suis. Sic Abra-
ham immolaturus filium suũ, non diu cunctabatur
quo

quo

quomodo præceptum hoc, cum eo loco quadraret, quo antehac dixerat, in Isaac uocabitur tibi semen. Nam si diu moras neſtere & interrogare uoluiffet erraſſet, ac tandem ad inobedientiam prolapsus fuiſſet, ſicuti Ionæ hic accidit, qui dum cum Iſraële Nineuen comparat, ac diu circumſpiat ad inobedientiam proruit, Sin ita ſimpliciter cogitaſſet, Quid tibi curæ, quod Deus Iſraelem legibus & uera religione dotarit, Nineuitas uero indotatos reliquerit? at tamen utrinque gratiam ſuam effundere poteſt, nec Iſraëli propter ſuam religionem plus fauere, nec Nineuitis, quod nullum Dei ueri cultum haberent, minus fauere, quid ad te? quod Iſraëli talia committat, alijs non item. Quis que ſua curet, gratia ſuum nihilominus cur ſum tenebit, & ſup eos qui operantur & ſup eos qui non operantur, ut Pau. Ro. 4. docet, Ecce hoc pacto cum Abrahamo, dei imperio gerere potuiſſet morem.

Porro dominus excitauit uentum uehementem ſuper mare, orta que eſt tempeſtas magna in mari.

Ob unius admiſſum, alij omnes hic poenam luunt, Ionæ enim cauſſa tanta tempeſtas oritur, Hoc ne æquum eſt, ut alter coram deo, alterius cauſſa damnū
patiatur

ANNOTATIONES

patiatur? Enimvero, Deus iniustus esse non potest,
 nec iniustum quicquam agere, quicquid etiam agat
 neque enim nostrum est illi ferre legem, aut normā
 prescribere, aut mandatum dare, Vbi uero lex esse
 non potest, illic nec mandato relictus est ullus locus
 At quanquam propter Ionam tempestas exāta sit,
 ut ipse item fatetur, nec illi tamen, qui in naui erant,
 peccatis & culpa carebant, quibus coram Deo, &
 mortem & nihil non animaduersionis meruerant.
 Ecquis enim à peccatis liber aut inculpatus est? qua
 re & eos unā cum Iona corripit, tametsi Iona, suo
 cum scelere in caussa sit. Quinetiam repentinam fu
 isse procellam necesse est, quæ de improviso accele
 lerarit, quom textus dicat, magnum uentū in mare à
 deo proiectum esse, Sic enim in hebræo sonat, quod
 Deus ita peruenire uentum permiserit, ac si impetus
 in mare deijceret aut præcipitaret, qd' homines ili
 cet obseruarint, eam tempestatem non coortam esse
 natura, unde & sine dubitatione colligunt, ob alicu
 ius eam delicta fieri, iam & Iona se tantummodo pe
 n præsentiebat.

Itaque gubernatores timuerunt,
 & clamauerunt, quisque ad Deum
 suum.

Vides

Vides hic uerum esse, quod Paulus Romanos ait, quod Deus uniuersis gentibus cognitus sit, hoc est, quod totus mundus de Deo possit & nouerit fabulari. Vult enim Paulus, quod ratio humana deprehendat diuinitatem esse quiddam, cunctis rebus prestantius & sublimius, Quod & ex hoc loco apparet satis, quod ij deum inuocant in nauis, qui gentes erant. Nam si de deo aut diuinitate nihil sciuissent, quomodo eum inuocassent, aut ad eum clamauissent? Et quamuis non recte in Deum credant, talem tamen in se se opinionem conceperunt, Deum esse huiusmodi rem aut substantiam, qui uiuare, tum in mari tum cunctis afflictionibus possit. Tale in omnium plane hominum cordibus lumen est, nec obliterari, aut extinguui potest. Fuerunt sane, ut Epicuri, Plinius, & hoc genus plerique, q̄ ore quidem negauerunt ipsum, sed uiolenter hoc faciunt, lumen in cordibus suis extinguere cupientes, ueluti ij, qui ui aures suas obturrant, & oculos claudunt ne uideant audiantue, Verum nihil eos inuat, conscientia eorum & mens aliud occlamat, Neque enim Paulus mentitur, quod deus illis manifestarit, quod aliquid sciant de Deo.

Quid Proinde & hic à natura & ratione discamus,
ratio de Deo quid sentiendum sit. Sic enim illi homines de
de deo Deo opinionem concipiunt, eum esse talem, qui ab
sentiat omni

ANNOTATIONES.

Omni malo queat eripere & asseruare. Vnde porro
 consequitur, Oportere humanam rationem fateri.
 Quod omne bonum à Deo proueniat. Qui enim ex
 omni tribulatione & malo liberare potest, ille &
 omne eufortunium & infortunium largiri potest.
 Eousq; pertingit Naturalis ratio, quod pro bono,
 clemente, misericorde, miti, Deum reputet. Quod
 sanè ingens lumen est. Sed illi duo præcipua desunt,
 Primum. Credit quidem Deum & posse & nosse,
 benefacere, iuuare, donare &c. sed quod huiusmo
 di, etiam sibi exhibere sponte uelit, id uero ut credat
 persuaderi nõ potest, suo naturæ lumine, quare non
 fixa in sua sententiã de Deo perseuerat. Vim quidem
 & efficaciam credit atq; fatetur, sed in uoluntate
 dubitat, cum diuersum in afflictione sentiat. Quod
 hic non obscure intelligitur, poscunt enim diuinum
 numen sibi propitium esse, quo consententur auxilia-
 ri posse Deum. credunt etiam, quod alijs uelit opem
 ferre, atq; hic sistunt gradum, altius ascendere non
 possunt, tametsi summas suas uires experiantur,
 & omnem lapidem, ut aiunt, moueant. Liberum ar
 bitriũ plura hic præstare non potest. Atqui non cre
 dunt quod ipsis uelit succurrere, hoc enim si crede
 rent, iactũ non facerent, armamenta & merces in
 mare non abijcerent, Nec ad Ionam accurrerent,
 d ut eum

ut eum inhortarētur, quo Deum suum imploraret, sed quieti auxiliatorem Deum expectaturi essent. Præterea & maris turbo propter eorum fidem cessasset. At fides ea necessaria est, quæ Deum uelle nihil hæsitet, non solum alios, sed me etiam iuuare credat. Hæc demum sincera & uiuax est fides, ac magnum, diues, rarumq; spiritus sancti donum, ut in ipso Iona uidebimus.

Alterum, quod ratio diuinitatem non recte partiri potest, nec tribuere illi cui debetur. Nouit Deum esse, sed quis aut qualis sit, qui uerus Deus sit ignorat, acciditq; illi, quod Iudæis, quom Christus in terris adhuc prodeambularet, & de eo testimonium à Iohanne ferretur, quod adesset, Tum enim corda illorum sic se habebant, ut scirent adesse Messiam, eumq; inter homines uersari. Sed quænam illa persona foret, clam erat illis. Nam IESVM Nazarenum esse Christum, id uero nemo ne cogitare quidem poterat. Sic & ratio, Andabatarum instar, in tenebris uersatur, & Deum inquirat, nec inuenire potest, aëra enim uerberat, & longe à scopo aberrat, ut deum uocet, quod nihil minus sit quàm Deus, rursum Deum non uocet, quod Deus sit. Quorum nihil omnino faceret, si compertum haberet errare se, aut si sciret quis, uel quid esset Deus. quapropter

ANNOTATIONES.

pter sic irruit & impingit caeca in quaecūq; cū nomen, tum diuinum honorem tribuens, & Deum uocans id, quod ei uidetur. sicq; ad uerum Deum nunquam pertingit, sed perpetuo uel Satanam, uel suam opinionem, quae à Satana gubernatur pro Deo colit. Quapropter multū inter se distant, scire Deum esse, & scire, hoc & tale esse Deum. Primum natura nouit, ac in omnium corda inscriptum est, Alterum spiritus tantummodo sanctus docet.

Cuius rei exemplum adferemus. & primum Papistas & Ecclesiasticos adsumamus. Qui talē opinionē de Deo concipiunt, quod putent Deum esse eiusmodi, ut bonis operib. permoueri queat, illisq; placari unde tam uarijs etiam statibus, sectis, diuersissimis item uiuendi ritibus utuntur, quibus omnes Deo se gratum facere arbitrantur. Cedo uero, Si nullus usquam Deus inueniretur, qui eius animi aut uoluntatis esset, cuius ipsi sunt, ut uere nullus est, quid quæso illi pro Deo colunt? Nōne falsam suam opinionē & sensum colunt? Vere enim nullus Deus usquam est, qui eiusdem cum illis sententiæ sit, & ita cum sua opinione à uero Deo aberrant, ut nihil relinquatur illis quàm eorum opinio, Illa illa est, Deus eorum, illi illi & diuinū nomen & honorem tribuunt. Sub eo porrò sensu falso, & opinione malefa-

d ij na, præ-

na, præter Satanã laterc nemo potest, qui suggerit
& administrat eandem. Est ergo falsa opinio Idolõ-
eorum, & simulachrum Satane in cordibus illo-
rum. Nam uerus, unicus, æternus Deus is est, cui nõ
operibus, sed fide è pura conscientia seruitur, qui
gratiam & dona sua gratis citra ullum meriti aut
operũ respectum largitur & propinat. Id uero non
credunt illi, unde & eum non nouerunt, nec no-
uisse quidem possunt, sed coguntur errare à ueri
Dei cognitione, aditu ad eandem, ianuãq; per in-
credulitatem, occlusa.

Hic uides, unde omnis idololatria emergat, &
quare merito Idolum, superstitio, & idololatria uo-
cetur, quod germanice significantius ferè sonat, à
Deo, à fide, à deitate, abegot, abeglaube, abgöttery.
Haud dubie ideo, quod eiusmodi nos opinio à Deo
abducat, àque uera dei cultura auocet. Et recte qui-
dem à Deo & fide distat, quod à deo ad Satane re-
gnum nos detrudat. Postquã enim quisq; præ se fert
aliquid, quod sibi uidetur, et credit placere Deo, ita
Deum esse animatũ cogitans, quom non sit, necessa-
rium est, tot idolatrias, tam uarias oriri opiniones,
quibus Deo se placere instituant homines extra so-
lam illam sententiam, mentem seu opinionem, quam
spiritus sanctus impertit. Hac ratione temporibus
Ahab

ANNOTATIONES.

Ahab regis Idolum Baal erigebatur, quē rex (quia norat esse quicquam Deum) putabat esse deum, cui arbitrarie suae ceremoniae non displicerent. & deum ita uocabat Baal, & Baal Deum, id quod ex Osee. 2. satis apparet.

Sic Rex Ierabeam illum putabat esse deum, cui, qui coram aureis uitulis cultus fiebat, beneplaceret, ut ita operae pretium erat uitulos esse Deum Israël & uersa uice Deum esse uitulum. Ac si hodie quisquam Christum dominum nostrum Cuculli Fauisorem appellet, aut Rasuræfactorem, quod opinentur passim, eum talem esse, qui Cucullis & Rasuris aut coronis Antichristicis, non pessime uelint, cuique talis cultura sedeat animo. qualem & Monachi & sacrifici in corde suo certissime pro huiusmodi eum tenent. Sed Idolum, superstitio, falsa opinio, Δις δ' ἰᾱ ω̄σ̄ω̄ρ aberrat, summaq; idololatria est, Adeo idololatriæ numerus est innumerabilis, quotquot enim opiniones sunt, qui aliud quippiam instituunt, suo pte arbitrio, ut Deo placeat, exclusa in Christum fide, tot sunt Idololatriæ. Vbi uero nusquam est reperire talem Deum, cui hæc cordi sint, profecto plerique omnes ideo demonibus seruiunt & non Deo.

Sic uides hoc loci, quod ij qui in naui fuerunt, omnes

d 3 mnes

omnes quidem esse nouerunt Deum, certum uero deum non habent. Quisq; enim, inquit, deum suum inuocabat, hoc est, suam opinionem, uel id, quod pro deo, in sua mente colebat. Quare omnes unicum uerumq; Deum non attingunt, solaq; Idola, sub dei tamen nomine, colunt. Vnde & fides illorum sincera non est, sed & Idolū & uere idololatria quæ nihil omnino illis profuit. Sint enim illos Deus afflictionis tempore, mergi, frustra q; diuinum poscere numen, ut desperent prorsus, nescij ubinam Deum reperire debeant, qui auxilietur eis quo nomine & ad Ionam iter accelerant in infima naui cubantem, quem tum excitant, tum deum suum inuocare iubent, si forte Deus usquam alius sit, præter suum, qui suppetias ferre possit. Hic rursum Argumentum habes, quo cernis, falsam in necessitate fidem non posse subsistere, cæterum submergi, ac funditus sustolli, tum Deum, tum fidem, Idolū & superstitionem uanamq; in ipsam, confidentiam. ut præter solam deploratam nihil residui desperationem permaneat, Quocirca unicus tantummodo, et uiuax Deus, nomine hoc, insignibusq; illis inclarescit, quod ipse in necessitatibus succurrat, Psal. 10. et 45. & in uniuersa planè scriptura. Ipse enim à morte seruare potest, Psalm. 67.

Animad=

ANNOTATIONES.

Animaduertis itaq; quàm humiles fuerint homines illi, ut in sua afflictione ad Ionam etiam celerri me se receperint, cuius tamen, cum tranquillum esset mare, nulla tangebantur cura. Quod si antea resciuissent Iudæum illum esse, maiore contemptu prosequuti eum fuissent, natiuo scilicet odio, quo erga Iudæos afficiebantur Gentes, Nunc uero instante necessitate, & extrema tribulatione, ac nullam Idolis illorum opem ferentibus, quàm leti miserum implorant Ionam, plusq; apud eundem auxilij querunt. quàm apud omnes Deos suos. Sic ficta adeoque fucata fides nunquã non agit, ut quãdiu foelici rerum successu utatur, sese uel supra Deum, & omne quod dicitur Deus, erigat, ut etiam duriciei eius & robori, nulla unquam incus cesserit. Quando uero mergi, animoque excidere coeperit, nihil ea mollius, liquidiusq; nec in caelis nec in terris reperiat ut uel in musculi rimulam tum reperere non sit impigra, Tum enim spaciosissimus alioquiterrarum orbis, huic arctior uidetur, quàm ut eam retinere queat, siquidem tum & ab amicis & inimicis, à despectis & honoratis auxilium & consilium libenter quæretet & susciperet.

At Ionas interim in inferiori nauis parte, in soporem collocatus est, nec tantam sentit maris seuitiam,

uitiam & horridam tempestatem, Qui somnus, res
etc quidem mortis appellari somnus potest, quo po-
stremo usus erat, protenus enim mors ipsa sequutu-
ra erat. Sic uero perpetuo se res cum peccatoribus
habet, sic semper cum illis agit Deus, quemadmodū
cum Iona hic egisse uidemus, Peccauerat enim in de-
um Iona grauisime, Sed quom Deus non statim ani-
maduertit in uita, sed longanimis ultionem differat,
profecto natura peccati & indoles est, ut hominem
tum obthuret, tum excæcet, quare deinde securus
redditur, ut nihil sibi timeat, sed tuto se prosternat
in lectum, ac in utranq; dormiat aurem, nihil obser-
uans, quantum sibi periculum atque tempestas im-
pendeat, quæ illum horrende sint excitatura, iam et
se talem interim exhibet Deus, quasi obliuioni pecca-
tum tradiderit, quom supplicij grauitatem differat
explorans hoc modo, quidnam filij Adam facturi
sint, an etiam sese conuertere uelint, quemadmodū
Psalmus 10. habet. Palpebræ Domini explorant fili-
os hominum, Sed inde nihil fit, nemo uitam suam ce-
mendat, nemo quicquam apud se reputat, Ionas per-
petuo sanè in nauis cubabat, nec peccatorum suorum
recordaretur unquam, modo Deus eorundem nul-
lam eorundem faceret mentionem. Hoc significatur
hic per Ionam, quod in medio maris seruuore, seui-

tia

ANNOTATIONES

*tia & tempestate tam securus, alto sopore graue-
 tur, uel in infima nauis loco, ac si dicat. Totus est ex
 cecatus, obthuratus, submersus, immo mortuus, ac
 in abyssso cordis poenitere nescij iacet, in qua & in
 sempiternum decumberet interiretq; nisi Deus ex
 cubias caneret. Neque enim peccatum admittit, ut
 aliqua uires humani cordis ad bonum sese deflectat
 utcunq; siue liberum arbitriū siue ratio adsit, pro-
 stratus in suis peccatis decumbit, dormit & stertit
 nihil audiens, uidens aut sentiens, quid erga se diui-
 na ultio apparet aut instituat.*

*Atqui dum à naua exatatur, ut Deum suum in-
 uocet. Alia sit rerum permutatio, ibi uero Deum ui-
 sitare scitelligit, animaduersionem peccato suo præ-
 sentem conspicit, Hic surgit conscientia. & peccatū
 reuiuiscit, ibi peccatum stimulus mortis est, iramq;
 Dei ostentat, ibi non modo nauis, sed uniuersus mū-
 dus illum nō potest capere, Et quomodo inuocaret
 diuinum numen? Timebat sibi præ oibus qui unā in
 naui erant. Sentiebat enim & obseruabat, conscien-
 tia sua dictante, hanc in se fabam cudi, ut dicitur, ac
 diuinam super se uenisse indignationem, ut hic hu-
 milis fuit? omnes qui in naui erant absoluit, eos non
 esse peccatores reputans, nec ullius, præterquam su-
 um ipsius peccatum respiciat. Ea nanq; Poenitentiae
d s natura*

natura est & conditio, ut si quando aduentans conscientiam momorderit ac terrefecerit, tum demum uniuersus mundus iustus est, se uno peccatore & iniusto permanente, Tum uniuerso mundo gratiam impertit, sibi uero soli iratus est Deus, ibi, præter se ira Dei neminem contingit, neque aliam putat superesse iracundiam, quam eam, quam ipse in se persentiscit, deploratissimum se longe omnium peccatorem æstimans. Itidem cum Adamo & Heua agebat ubi præceptum suum preuaricati essent, Quod si Deus, postquam deserbuerat dies, non aduenisset, illi nunquam peccatum suum ad memoriam reuocassent, Sed cum ille adueniret, illi nescio, quo se proripere conabantur. Sic Petrus, ubi Christum abnegauerat, actum de illo erat, nullo peccato angebatur, & is in secessu nautis inferiore cubabat, adeoq; uita defunctus erat, donec Christo se respiciente, peccati sui conscius fieret, & amare staret. Habemus itaq; ex hoc loco, quam peruicaces, obstinatos, insensibiles, peccatum homines efficiat, adeoq; prorsum occidat, ut neque sese, nec Deum ipsi sentiant, at securi, absque timore Dei pergant, donec dominus adueniens exatariit, quo certe, liberi arbitrij gloria penitus corruit.

Porro, Vbi Iona Deum suum non inuocaret, cæterum

ANNOTATIONES.

terum coram ira Dei tremebundus sederet, cunq;
 morte colluctaretur, quæ singulis momentis eum ab
 sorptura erat, adhæc, ceteri, quisq; ad Deum suum
 preces funderent, & nihil non tentarent, ac ipse p=
 pter se tantummodo hæc omnia fieri certus apud se
 haberet, nec tanti tamen interim candoris erat, ut li
 bere prodiret, sua scelera confitendo, uerū sui caus
 sa, miseros illos terrefieri, miseriam et erumnam
 perpeti sinit, donec ab ipso Deus peccatum extor=
 queat. ut sorte patefactum, confiteri cogatur. Atq;
 hæc est una pulcherrimarum peccati uirtutum, ut
 homines obmutescere faciat, seseq; occultet, uerecū
 dantur enim, ac libenter puri uellent permanere,
 quemadmodum Adam & Heua sese perizonatis
 tegebant, omnino confessionem refutantes. Omnino
 profecto durum & amarum est, debere quenquam
 sua ipsius uita detegere, ac suum decorem in igno=
 miniam & dedecus permutare. Sed hæc oportet fie
 ri, alioqui nulla siue pax siue quies adest, ut Psalm.
 32. contestatur, Quom ego silentio pertransire uel
 lem, omnia ossa mea, à quotidiano fletu inueteraue
 runt. Sic deus filios Israël ornamenta sua deponere
 ante montem Sina iubebat, Exod 34. Atque hoc tum
 uere est ciliciū induere, et sedere in cinere, se ipsum
 coram Deo pro nihilo habere, & si Deo ita uisum
 fuerit

fuerit, corā hominibus. Nam cum alios Iona peccato suo, periculo damnoq; obiecerit, rursus hic damnnum accipere compellitur, item, suum honorem perdere, seipsum uicio dare, reliquos honestate & innocentia ornare, ad hæc, de seipso sententiam ferre, ut ipsum in mare præcipitem dent atq; submergant, Sic corpore suo & uita poenitet & per soluit, immo honore & facultate suis & quocunq;, quod ipse est, aut sui iuris est, quæ proximos suos, quib. tantū dāni dederat, uitæ periculo iuitos eos exposuerat, iam ipsi peius, tum arbitrium tum sententiam, citra suam uoluntatem ad mortem adigunt, Id ego seuerè & iuste iudicare duxerim.

Et dixerunt, quisque ad proximum suum, uenite iaciamus sortes.

Postquam nemo erat, qui peccatum fateretur suum, & ipsi tamen planè crederent, alicuius ob commissam, tam inopinatam, naturæq; repugnantem tempestatem cohortam, nec tamen humano more iudicare possent, peccatore nondum cognito, ad Deitū iudicium, tum sententiam gressum corripunt, querentes sorte iudicium ac sententiam. Ut putas id Ione acerbum fuerit, ut sortem abhorruit? quemadmodum scelerata conscientia solet, quæ & à sono-

re

re strepētis folij sibi timet. Tam uarias pferre mor-
tes infelix ille Iona adigitur, nec tamen sic effugit,
sed postea in medium earundem primum incidit.
Ecce tanta mala & infortunia peccatum pręparat,
quando illud quis celare cogitat, nec libere fateri, nā
postea tandem duplā damno manifestandum est.
Atqui peccatum secus nos agere non sinit, nec uult
nec potest scipsum in lucem dare, quicquid etiam
moliaris. Quisque coram hominibus purus & im-
pollutus esse percipit, nec tamen à peccato sibi clam-
temperat, ferat ergo postremo oportet, ut alij ma-
nifestent, suo cum dedecore & ignominia. Quis e-
nim uulneri obtecto mederi potest? Quomodo pec-
catum sine eius cognitione, dimitti potest, Vel, ut cla-
rius loquar, quomodo peccato tuo ignoscet Deus, ni-
si te peccatorem coram eo uere agnoueris?

Solet hic quæri, num peccauerint ideo illi, qui for-
tem miserint, dum sortis missio ceu Dei tentatio, in-
hibita sit? Atqui & Ionam sortiri unā oportuit, qua-
re & Iona peccauit, si peccatum est. Primum, sic re-
spondeo, Opera quedam talia sunt, ut bene & ma-
le fieri possint, ueluti iuramentum Christus Math. 5:
uetat, quom tamen diuinum iuramentum, non possit
recte non fieri. Sic iracundia & homicidium prohi-
bita sunt, & iuxta tamen diuinum est fontes publico
iudicio

Num
sortile
gi pec-
cent.

iudicio condemnare & occidere, Quam ob rem in
huiusmodi operibus, mentis opinio consideranda
est, ut qui ex propria libidine faciat, peccet, qui uero
ex Dei iussu, obedientia, uel ex necessitate, uel officio
proximi, bene faciat. ergo, qui absque Dei mandato
aut absque proximi officio, ex propria uoluptate &
petulantia aliquid faciat, illum sinimus, Huiusmodi. n.
iique agit, etiam si in singulos dies flexis poplitibus oret
ieiunet noctes ac dies, imo etiam si miracula operaretur.
Quare, hoc suae cuiusque conscientiae relinquitur, quan-
doquidem, nullius cor iudicari potest. Quod si sor-
tem mittere tale opus fuerit, nihil refert, an homines
illi una cum Iona delictum admiserint, increduli e-
nim fuerunt, quorum alioqui nihil placuerunt ope-
ra Deo, donec postea resipiscerent, ut sequitur.

Secundo, mihi nondum compertum esse dico,
Quod sortis missio, inhibitum opus sit, Est quidem
prohibitum, Deum non esse tentandum, At sortiri,
& tentare longo inter sese interuallo sunt dissi-
ta. Nam & Aposto. Acto. 1. super Matthaeo sortiebantur.
Adhaec & Salomon inquit, Sors quidem in si-
num iacitur, sed à domino dirigitur. Quo loco sanè
non reijcit sortitum, sed confirmat potius. Quan-
quam aliquot patrum eiusmodi exempla non imitan-
da putent, licet eius doctrinae nullam rationem habe-
ant. Mihi uidetur, sortem in sese, esse uerum fidei o-
pus

ANNOTATIONES.

pus, cuius, per curiositatem & propriam cupiditatem
 tem abusus fieri possit, quemadmodum gladij & iu-
 ramenti, Verum hoc non rei, sed personæ culpa ac-
 cidit, uti dictum est. Præterea non demonstrant, quod
 Sors ipsa sit tentatio Dei, Hoc enim est tentare de-
 um, si ex me ipso, meaque temeritate, absque ulla neces-
 sitate deo certam metam, horam, locum, modum, per-
 sonam, ritum & opus præfigam, quod facere de-
 beat, sequitur ita comprehendit sinat. ut quom Iudæi in
 Eremo statim tempore esum potumque flagitabant,
 nec illi fidebant, nec eius potestati relinquebant. per
 inde ac Iudæi Matth. 9. certum de cælo signum po-
 stulabant, quod illi eligerent. At inter sortiendum
 nihil tale accidit. duo enim aut tres, aut quotquot fue-
 rint consentiunt, fœdusque super causa aliqua iu-
 unt, ut eam sic uel sic expediant, discutiant, & c.
 prout uariae sunt sortes, nec certam personam præ-
 eligunt, sed Deo committunt, utcumque sors cecide-
 rit, anteaque assensum sunt, ut super quemcumque sors
 ceciderit is fiet ueluti à Deo ordinatus.

Præterea, huiusmodi sortitus, etiam sine Deo, libe-
 re fieri posset, ceu à Gentibus, quæ non credant, de-
 um sortis esse rectorem, sed fortunam cuncta gu-
 bernare arbitrentur. sicut in cubis, & hoc genus
 fortunæ lusorijs instrumentis contingit. Verum Chri-
 stianos,

stianos, non decet, ut ita libere, citra Dei respectum
 sortem iaciant, credere enim debent, à Deo sortem
 regi, neq; quicquam hæsitare, à deo tum dari, tum
 sustolli, quicquid per sortem, uel datur, uel tollitur.
 Iuramenta tamen hoc pacto & præstanda & acci-
 pienda sunt ut credatur adesse Deus, qui iusiuran-
 dum suscipiat, ac secundum illud ipsum iudicandū
 sit illi, sed tradatur eius diuinæ uoluntati, citra ul-
 lam repugnantiam, Non est tentatio. Eadem ratio-
 ne, dum in sortitu, non præponatur, quem attinge-
 re debeat, sed libere Dei gratiæ commendetur, sine
 ulla controuersia, tum non tentatur Deus, sed bo-
 num in se opus est, & si fide factum fuerit, diuinū.
 Nam cui quicquam per sortem contingit, eius est, et
 is, qui ad serapere conaretur, Deo resisteret, Et
 quidnam aliud est sortiri, quam fœdus, quod inter
 nos icimus aliqua de causa, quam idēo sorti obijci-
 mus, ut quemcumq; sors tetigerit, sub eius iure con-
 stituatur, isq; sit de quo dubitabatur? &c. Hic, ni-
 hil iniquum, sed pacata concordia est, quæ rem ali-
 quam uel amittere, uel recipere potest, secundum
 quod cultellus uel signum, uel non signum, tulerit.
 aut par uel impar fuerit. sicq; deinceps. Nisi quod
 Christiani hanc habeant appendicem, ut credant,
 quem=

ANNOTATIONES.

quemadmodum Deus omnia faciat ac gubernet, sic
 & sortitum ordinare, quod Gentes nequaquam cre-
 dunt aut cogitant.

Quid uero si talis fors fuerit, ut per eam ad mor-
 tem quisquam deferatur, adeoq; clandestinum eius
 peccatum inquiratur, ut hic fit cum Iona, & ut Saul
 cum filio suo Ionathan, & Iosua cum Acham fece-
 runt Iosua. 7? Respondeo. Gentiles, uel ad mortem
 uel ad uitam sortem possunt mittere, serio uel curio-
 sitate, Quid ad nos, quid illi agant, qui nihil bene a-
 gunt? Atqui ex sua natura sortitus ipse nihil secum
 adfert, ut quisquam ea propter occidendus sit. Neq;
 enim Christiani ac pij ob eam causam sortes iaci-
 unt. Hic enim uides eos qui in nauerant, non cogi-
 tasse, ut Ionam darent neci, uerum quod sui mali-
 duntaxant inquirebant causam, ut eam à se reiij-
 cerent, itaq; enim Ionam occidere nolebant, etiam ui-
 bente ipso, ut sibi inferrent mortem, sed ad littus ap-
 pellere uolebant nauim, ut illum ad siccum expone-
 rent, At uero, quom præ impetu procellæ non pos-
 sent, animaduertentq; sic uisum esse Deo perin-
 de ac Ionas dixerat, cogebantur eum in mare deij-
 cere, tametsi inuiti, diligenter etiam orantes, &c. Ita
 Saul iniuste egit, filium suum occidere uolens, eate-
 nus enim sortilegium ualere, non debebat admitte-

ε re. Cum

re. Cum Iosua uero aliud erat, nam illi diuino iussu quid faciendum esset, iniunctum erat. Ecquid homines illi non paciscerentur eum in culpa esse, quem fors tetigerit, maxime dum eos necessitas eo perducit, ad hæc quom Deus tam iustus & bonus sit, ut sortem errare non sinat. Quemadmodum insontes, illum quoque extra culpam iudicant, qui iurciurando suam innocentiam fuerit testatus. Sed hac uice hac de re satis.

Hebræus ego sum, Et dominum Deum cœli timeo, qui fecit mare & aridam.

Hic tandem confessio aduenit, & peccatum in lucem prodit, hic durus primum conflictus, atroxque certamen inter Ionam & mortem oritur, sed quod maximū tamen fuit præterijt, Etsi enim unā cū morte, ira Dei uehementer accelerent, fortiterque Ionam impetant, grauissimum tamen peccatorum onus à corde recessit, & conscientia per agnitionem peccati leuior facta est, iam & fides ardere incipit, etsi omnino imbecillis existat. Nam uerum planè Cœli, rerumque conditorem fatetur Deum, quæ non sunt parua tum fidei tum salutis primordia. Nec enim penitus desperata conscientia tam late os suum aperit,

ANNOTATIONES.

perit, ceterum obmutescens Deum dehonestat & uituperat, neque de Deo secus cogitare, sentire, aut loqui potest, ac de seuo Tyrāno, uel de ipso Satana, lubenter item ab eo fugeret, & ad extremos, si posset modo, fines quocunq; se reciperet. Imò non esse Deum optarit, ne talia perferre ab eo cogeretur, confessionis item peccatorum obliuiscitur, adeo in tentatione, submersa & obthurata est, ut nihil porrò uideat, sentiat, quàm angustiam, cogitetq; tantum, ut ab ea eripiatur ac liberetur, nec tamen liberari potest, quam diu peccata sua secum retinet, nec ea agnoscit, aut palàm confitetur. Sic tandem, tum in peccato, tum morte in sempiternū fixa perdurat.

Proinde ex hoc loco discamus, quod nam sit uerum artificium, quæ certissima norma, ex quacūq; afflictione & angustia euadendi. Nempe, ut potissimum peccatum nostrum præ omnibus diligenter obseruemus, ut protinus ingenue fateamur illud, tum non tantum porrò nobis periculi impendet. Nam primum cordi opem ferat necesse est, ut suo pondere exoneratum, facilius respirare queat, deinde toti simul corpori succursum est. Tale enim euentu, ubi diuina indignatio aduenerit, hæc duo instant, peccatum & angustia. Iam ubi imprudentia corda fuerint, præpostero rem ordine aggrediuntur suam.

Quo-
mò ex
adfli-
ctione
libere-
mur.

posthabito peccato, solum respiciunt, quo pacto ab angustia seu afflictione liberentur. Quod nihil tum eos iuuat, sed proxime desperationem esse coguntur. In hunc modum, uniuersa ratio agit, si & gratia & spiritus defuerit. At ubi prudentia corda fuerint, illi sic rem suam instituunt, ut primum ab angustia sensum auertant, & potissimum peccatum suum intueantur, etiam si perpetuo in afflictione permanere debeant. seq; dedunt illi, quemadmodum hic Iona facit. Ea uero impiorum omnium indoles est atq; natura, ut supplicium exhorreant, & ob oculos ponant, peccatum uero suum nihil reputent, mallent enim perpetuo impunes delinquere. Sed fieri hoc non potest, nec quicquam id conducit, poena enim semper peccati comes est. Contra piorum natura est, atq; ingenium, ut peccatum timeant, & reputent, poenam non adco magnifaciant, mallent enim in poena, absq; peccatis, quam in peccatis, sine supplicio, permanere.

Quod porrò Iona hic dicit, Deum coeli timeo, Hebræo more dictum est, Cultum enim Dei, timorem illi nominant, ut ex. 23. Esaiæ capite id obseruare licet, ubi inquit. Timent me mandatis hominum, hoc est, putant se mihi inseruire & gratum facere humanis suis traditionibus. Coniungit enim duo
hec

ANNOTATIONES.

hæc Iona. Ebraeus sum, & Deum cœli timeo, quom tamen ad eam usq; horam, Deum cum spreuerat, tum illi morem non geßerat, Atqui tantum uult dicere Alienis dijs non seruió, Idola non colo, perinde atq; uos & reliquæ Gentes, cæterum unicum et uerum ego Deum colo, Atque hoc maius erat Ionæ dedecus, quod ipse ueri Dei cultor, ex sanctissima terra existens, præ cunctis colentibus Idola gentibus, maximus reperiretur peccator ac pessimus, ut etiam suo nomine ὀυθίου gentes periculo, & afflictioni expositas esse oporteret. Quom tamen alioqui plerunq; per ministros Dei, peccatores alij adiuuentur, uti cum posteris suis Ahabum, & Elia et Elisa iuuabant. Hic uero inuersa sunt omnia. Mali enim boni causa pœnam luere adiguntur, & ita pientissimus, fit pessimus, & primus, nouissimus. Atq; hoc est quod eum tantum peccati sui puduerit, quod non sponte gentibus peior esse, uolebat, & peior esse tamen cogebatur demum.

Tollite me & proñcite me in mare. noui enim, quod propter me procella hæc super uos ingruerit.

Contueamur hic in Iona, quid fides è puro corde possit, quid expedire queat, atq; illic arduum fi-

c 3 dei ex=

dei exemplum propositum est, de qua supra item diximus, quàm sit omnipotens, & de omnibus sibi aduersis triumphet fides. Principio, aliorum peccata in sese transfert, confiteturq; suo nomine tantam subortam esse procellam: quo simul omneis alios in fontes & liberos reddit, se solo manente peccatore, ut alij omnes iusti sint. Per quæ Charitati satisfacit, & ea persoluit, quæ alijs damna dederat omniaq; sibi imputari sinit. Atq; hic egregiam rursus gratitudinem charitas repperit, Siquidem illi boni homines, tantam non desyderant poenitentiam, manifesta confessione & agnitione contenti, unde summis uiribus ad solum rursus exponere eum tentabant, atq; ita charitatem charitate rependere, sed fieri non potest.

- 2 Secundo, Talem peccati conscientiam, uel coram Deo in se transfert, ut coram Deo eo nomine pudeat, ueluti is, cuius cor constanter testetur & fateatur, se cum aduersus deum tum aduersus homines pergrauiter peccasse. Quæ ignominia omnium longe est maxima, qua coram Deo quisquam rubore suffunditur & dedecoratur. Tum enim nusquam uel locus uel angulus est, uel apud omneis creaturas, neque apud inferos, quo se quis proripere queat, Cæterum omnium creaturarum ferre obtutum, caritatem
que in

ANNOTATIONES

que in faciem statuere se cogitur, summo cum dedecore, ut sentiunt prauæ consæntiæ, sicubi recte tangantur, Neque enim Iona tibi aspiciendus uenit, quæ admodum posthac eripitur, & rursus honore adficiatur, uerum, ut in suis infixus est uitijs, non uidens quâ sibi inde exeundum sit. Nam si hoc nouisset humanum cor, conscientia eum non adeo torqueret. Atqui Deus uniuersum honorem & solamen è medio tollit, ac nihil præter dedecus & ignominiam relinquit, Quæ est ipsissima miseria.

Tertio, natura peccatum ipsa mors consequitur 3
ueluti pœna, ut Paulus 1. Corinth. 15. inquit. Lex est uirtus peccati, peccatum uero, mortis est stimulus uel acrimonia. Videt quidem Iona nihil restare præter amaram mortem, cui se dedens, de sese ipse fert sententiam, Præcipitate me in mare, perinde, quasi dicat, Mori me oportet, alioqui nulla tranquillitas erit, Nam rursus non est aspiciendus tibi Iona, iuxta historie faciem, Quom enim totâ in propatulo cernamus actionem ereptionis eius, exiguum nobis uidetur, parumq; commouet. Atqui præuidendum tibi est, quo in hoc impetu, fuerit animo Iona, qui ne santullulam quidem unicam, uel uitæ, uel ereptionis porro respicit, sed solam mortem, mortem, mortem ut penitus de salute sua desperans, morti se tradere
e 4 compellatur

compellatur. Si enim in hunc modum nobiscum ageret Deus, ut uitam nobis in morte ostenderet, uel ut animæ nostræ locum, spatium, iter, modum, quo illi nitendum aut incedendum, aut migrandum uel permanendum esset, commonstraret, mors non acerba foret, sed ueluti saltus, trans non altum alueum, ubi utrinq; certum est, & solum & littus peruidetur, iam uero neutrū horū nobis ostendit deus, nobisq; à certo uitæ nostræ portu transiliendū est ad littus, ubi neque sensus neque uisus, nec fundamentum, nec fulchrum est, sed in sola Dei misericordia & conseruatione transiliendum est, quemadmodum hic è nauis Iona eijcitur, quod sentit, in mare, ubi nullum fundamentum sentit, & ab omnibus omnino creaturis destitutus, in sola Dei misericordia et nomine et salute discedit.

4 Quarto, & in morte iram Dei suffert, Sentit enim ut mors non ex gratia sed ex ira, per suum demeritum super eum ueniat, iam & mors ferenda esset, nec adeo tota acerba esset, si absque Dei indignatione ueniret, quemadmodum uenit etiam, si quisquam Christi nomine iniuste ad mortem condemnatur, quorum de numero sunt diui martyres, qui nouerunt sibi iniuriam à mūdo fieri, Quare dum iustam coram Deo causam habent, certi sunt Deum sibi

sibi propitium, & non iratum esse. Vnde & mors postea non ex ira dei, sed ex gratia & bona eius uoluntate promanare cognoscitur. Eni uero, ubi mors factis & peccatis nostris digna redditur, ibi uero diuina tandem ira concomitatur, quæ mortem facit intolerabilem, ut nihil illic præter mortem, inueniendum & sentiendum sit.

Ipse nunc rem perpendas, & uidebis, quodlibet horum quatuor, singulatim intolerabile uel sanctis esse, & importabile impijs. Quis enim tanta fortitudine præditus est ut læta frui consentia, aut in corde pacem habere possit, si Dei super se iram per sentiscat? Attamen plerosq; impios uel ad rabiem & insaniam hæc res adigit, Hæc ratione, quis est qui mortem non exhorret, aut à conspectu eius non contremiscit? etiam si diuinam nemescin, nec sentiat, nec de ea quicquam sciat? ut gentes, uel propitium etiam Deum experiatur, ut sancti, Sic in terris non maius peccato & conscientia, pondus est. Ecquis enim ferre potest, ut cum coram Deo, tum hominibus de honestetur? Quis non emori mallet, quam cum in modum uiuere? Atqui in miserum illum Ionam, hæc omnia simul decidunt, urgendo eum & adfligendo, ut de gratia Dei desperet, & à fide excidat. Quantum tum in pectore eius luctam fuisse putas? sanguini-

nē tū profecto nimia prae angustia sudare potuisset illic aduersus peccatum suum, aduersus suam conscientiam, suiq; cordis sensum simul pugnandum fuit, tum anima eius sericeo alligata filo, supra Auerna, et aeternam damnationem pependit. Ingens sanè res in corde per diuinam uirtutem contigit, quod permãserit in Deo conseruatumq; sit. Quod enim in fide perseuerauerit, eius liberatio satis argumento est, Neminem impiorum ex tali morte extrema liberat erumna Deus, Ad hæc, ipse Dei se ministrum confitetur, Quod omnes impij nequaquã facere possent, sed omnes in peccatis suis desperati pessimum ierent.

Postremo, plus adhuc malorum pertulit Iona, Mare fit illi thorus, aut lectus morti destinatus, ut solus moriatur, nemine illum circumstante, qui consoletur, sed illi sua cum nauì abeunt, relinquentes eum in medio pelago, ueluti ærtissime submersum aut perditum. Sexto, adhuc neque in pelago malorum eius finis est, nec una morte satis habet, sed in piscis magni fauces intrare cogitur, Quo se Deus horrendum exhibuit, ueluti sic iratus sit, ut morte, cui sese tradiderat Iona, nihil omnino contentus, non sufficienter de eo ultionem perficere possit. Nam haud dubie piscis illius fauces, non aliud, quàm terribilis
imago

ANNOTATIONES.

Imago esse potuere, misere perduto, morientiq; Ionæ ad hæc, præacuti dentes arcum arcæ steterunt, acuminatarum columnarum instar, aut trabium, amplumq; adeo penoris, quod in uentrem demittebat, uestibulum fuit, Hoc in morte consolari est? hic ne in morte amicus Dei aspectus est, ut mors ipsa nõ satis esse debeat? Quanta hæc fides, immo, quantũ fidei certamen est? Victoria illic ac triumphus, sub maxima infirmitate occultatur. Quam nobis hic deus ostendit, quid fides & uerbum eius possint, ut et oēs in uniuersum creaturæ nihil illi derogare queãt neq; etiã ipsa Dei ira, etiamsi extreme atrocissimeq; cuncta seuiant, Verum Ionam toti mundo, hac historia, quale sibi tum cor steterit monstrare oportuit, & quo pacto cuiusq; pij animus in non dissimili tentatione consistat, ut posthac audiemus. Quemadmodum enim procellosum mare uasto cum impetu Ionam uult submersum, ad hæc, & cum bellua grandis deuorare cupit & absumere, sic conscientia, moram, ab ira Dei ferociam & impetum sentit, ac planè infernus, æternaq; damnatio, animam deglutire conantur, &c.

Et Iona fuit in uentre piscis treis dies, treis item noctes.

Siquis

Si quis ad Ionæ cogitatus aduertat animum, illi dies, suis cum noctibus, omnium procul dubio longissimi fuerunt, quanti nec ullis unquam solstitijs in terris uisi sunt. Nam supra modum illi diuturnū fuit, quod illic in tenebris sederit, Imò sentio ego, quod interdum decubuerit, interdum etiam steterit. Neque Solis neque Lunæ globum intueri, nec quam numerare horam potuit. Nec scire potuit, quonam pelagi loco circumueheretur cum pisce. quoties eum pulmo & epar uerberarunt? Quàm illic mira fuit commoratio inter intestina & ingenteis costas? Sed adeo morte captus fuit, ut non multum de pisce sollicitus fuerit, sed semper cogitarit, quando, quando, quando finis demum aderit? Summe Deus, quàm admirandum illud opus fuit? Quis unquam satis perpendere potest, quòd homo tribus diebus totidemque noctibus adeo solitarius, sine lumine, sine alimonia, in medio pelago, in pisce uiuere debeat, & ad pristinam restitui formam? Ea profecto mirabilis admodum nauigatio esse potest. Ecquis unquam crederet ac non potius pro fabula plus quàm Alcinoica reputaret, nisi in scriptura contineretur?

Hoc uero, nobis ostendere uoluit Deus quàm potenter in manu eius sint cuncta posita, & quàm sit illi facilimum auxiliari nobis, uel in inenarrabilibus
adeoq;

ANNOTATIONES.

adeoq; in desperatis necessitatibus, id quod tam ægre nos credere possumus. Undique præsens est, in morte, apud inferos in medijs hostibus, imò & in cordibus eorum. Cuncta enim ut condidit, sic etiam cuncta gubernat, ut quod ipse uoluerit, faciant. Nostræ autem nomine hæc scripta sunt, nostri etiam causa, omnipotens maiestas eius mirandum in modum exhibetur, ut illi fidere, credereq; debeamus, siue in morte, siue in manibus inimicorū fuerimus. Sui enim causa non erat necessarium ut uel fierent uel scriberentur huiusmodi. Ad hæc Iona pro sese non opus habet, ut scribatur id facti, Et quanquam uniuersus orbis, de diuina omnipotentia non parum dicere multa norit, & nemini non, sicubi audierit facile creditu uideatur, Ipse tamen ubi periculum eius rei feceris discas quàm sit difficile uero corde fidere, ubi uitam suam & corpus, omnipotentia Dei causa quisquam impendere cogitur, adeoq; experieris ita se habere de fide, ut diximus. Atq; hæc experientia maior est difficiliorq; quàm ut excellentes diuī sufferre possint. Attamen consolationi est, exemplum huiusmodi nosse, quemadmodū propheta in Psalmo testatur. Recordabar domine operum tuorum, & consolatus es me, &c.

Defuncto itaque Iona, sibiq; ipsi ac mundo iam
nunc

nunc mortuo, ut nulla salutis suae porro spes appare-
ret. Neque enim, qui in naui erant aliud nouerant,
quàm oportere eum cum submergitum emori, inte-
rim dum precibus Deum pulsant, ne se, propter ani-
mam Ionæ occidat, neque innocentem, imputet san-
guinem ipsis, Quo sanè fatentur, se nusquam uide-
re Ionam, præterquam in morte, quem & diuina uo-
luntati parendo, tametsi inuit, neci dare adiguntur,
Ibi demum uita Ionæ, mortisq; eius fructus, primum
foelix auspiciū sumunt. Nam in morte potenter ui-
uus conseruatur. Præterea, nauigationis consortes
à morte, quin & ab incredulitate & peccatis libera-
ti, ad cognitionem Dei perducuntur, ut pij, uerique
Dei ministri fiant, adeo humiles, timentesq; Dei, ut
illic etiam peccatum formident, ubi nihil sit, quàm o-
bedientia Dei, Ionæ uitam enim libenter tutati essent
homicidium metuentes, si eum submergere deberet
Et eam tamen diuinam esse uoluntatem uident. Quã
puræ nunc illis, timorate, Christianæq; conscientie
sunt, quibus antea nihil curæ fuisset, uel homicidium
uel obedientia Dei, pergunt etiam offerentes & uo-
ta Deo uouentes. Iam Lethæo flumine, dij eorum
prios submersi, sempiternoq; sopore degrauati
sunt, nec enim eorum ultra meminisse possunt, Quæ
omnia, Ionæ mortisq; eius nomine fiunt, Adeo non
infrugise-

ANNOTATIONES

infrugiferum, Dei ministrum esse oportet, ut nihil in eo prorsum sit, quod in alterius usum & commodum non possit uerti. Qui timor Dei sit, supra recitatum est, nempe cultus Dei, Vera enim cultura, sincera religio, est & timore & honore Deum prosequi. Similiter & illi homines timuerunt Deum, id est, Dei ministri, timentesq; Dei, facti sunt.

CAPVT

SECVDVM.

ORauit autem Iona ad dominum deum suum de uentre piscis, & ait.

Hec non sic accipienda sunt, perinde quasi ore protulisset, hancq; collocasset in seriem, nec enim in tam horrenda morte, tam bene habuit, ut adeo bellam fingere cantilenam potuisset, Ceterum indicat hisce, quali tum animo fuerit, & quæ in corde eius tum cogitationes uersatæ sint, in tali mortis certamine constituto. Nam uti supra memorauimus, opus est nobis, ut cor Ionæ introspeciamus, priusquam ad afflictionem euadat, quom adhuc morti infixus est, ipsa
que

que omnino uita defuncti instar ducere, Nihil enim de sua redemptione norat, neque quicquam aliud in mentē illi ueniebat, quā oportere mori, unde mortem ita gustans & sentiens, sine intermissione mortuus est. Postquam uero mortem euasit, ac pristinae restitutus uitae fuit, tum primum retrospectit, hanc que orationem ad honorem Dei, hominumq; commodum scriptam, posteris reliquit. Prodeant nunc curiosi illi, qui defunctorum statum libenter nouissent. pleriq; enim sunt, quibus in delicijs esset, rogare Lazarum, quid nam struxisset operum, quid cogitasset, sensisset, ac denique uidisset, cum in tumulto quadriduanus decubisset, Iohā. 11. Sic & alij quid fecissent, &c. à Christo, Prophetis & Apostolis excitati. Sunt quidam hic, leuiore multo folijs, tunc cum sine pondere succi, mobilibus uentis arida facta uolant (ut Nasonis uerbo utar) inauspicatae prodeuntes, qui eos tam horrenda uidisse scribunt, ut posthac totum uitae suae reliquum tempus, nunquam hilares fuerint. Alij apud locum Sapientiae 2. permanent. Nemo unquam à mortuis uenit, qui nobis eorum statum indicauerit. Ego uero posthabito Lazaro alijsque mortuis, apud scripturam permanebo, quae eos dormire adfirmat. Videor enim mihi uidere, tam alte sopitos, adeoq; graui occupatos somno,
ut

ut nihil planè sentiant, aut uideant, multo minus, quàm naturali somno sentiatur. Ac si resuscitentur, tum illis contingat, ut ignorent ubi fuerint. Hos uero in conspectum statuamus, qui non ita dormiunt, & mortui tamen sunt, & in morte, & mortem & Infernum sentiunt. Quos pro uiuentibus adhuc habemus. Atqui si iuxta sensum illorum iudicare uelis, sicut & iudicandi sunt, mortui sunt, & nulla in eis uita residua est. Illi nobis certam ueritatem loquentur, illi nostram curiositatem, Attalicas que conditiones arguant, quid posthanc uitam, præsertim impijs, euemat, quiq; sit eorum status.

Clamaui in tribulatione mea ad Dominum, & respondit mihi. De uentre Inferni ululaui, & audisti uocem meam.

Principio, gratiam Dei, & adminiculationem, euehit ad sydera, gratiasq; agit, quòd ex afflictione sua eripuerit cum Deus. quo primum nobis Dei bonitatem clementiam ac misericordiam, Deinde tribulationem suam ex qua ereptus est, & prædicat & ob oculos ponit. Atq; hic primus uersus, maxima nobis, uniceq; necessaria documenta præbet. Primum, ut præ omnibus, in tribulatione, adeoque

f extrema

extrema necessitate, ad eum curramus illius nobis propitium numen imploremus, illiq; de nostra queramur angustia. Neq; enim admittere potest, ut non adiuuet ad se clamantem, ac deprecantem, diuina eius benignitas continere se non potest, quin exaudiat tantummodo non cessemus, clamorem nostrum ad eum tollere, neq; conticeamus unquam. Erecto capite, leuatisq; manibus citra cunctationem inuoces ipsum necesse est, in hunc modum. Domine Deus meus opem mihi feras, &c. Tum protinus experiere, melius tectum rem habere tuam. Si inuocare et clamare ad illum nosti, tum sane adiutus es ab eo. Neq; enim infernus, infernus esset, aut permaneret, si inuocari Deus, aut ad eum preces inde fundi potissent. Nam, quod tu diu flere & ululare cogitas, teq; diu tribulatione torquere, ac macerare, uel circumspicere, num quisquam tibi auxiliari uelit, ludis operam, nec eo pacto euadis, sed altius te in periculum agis potius. Ausculta Ione huic. qui & ipse diu se ad afflictione cruciauit, cumq; ea luctatus est, priusquam inuocaret. ut subinde ex ipso audiemus. alio qui citius redimi poterat. Neq; tibi precipit, aut, ut idem facias, te docet, ceterum protinus id primo loco ponit. Quomodo clamauerit ad Deum, & sic e-reptus sit.

ANNOTATIONES.

Atqui nemo hominum credit, quàm sit difficile,
 sic ad Deum clamare, aut eius efflagitare auxilium.
 Vlulare, queri, tremere possumus, desperare, ac te-
 rrimam gerere personam belle quidem nouimus.
 Inuocare Deum uero, nusquam apparet. Ibi enim
 supprimit nos, cœruicibusq; nostris, graue iugum,
 mala conscientia imminet atque peccatum, Ad hæc
 auget mala, quod iratum Deum sentiamus, quæ to-
 to mundo grauiora sunt onera. Breuiter, soli nati-
 ræ, aut impio impossibile est, ut se aduersum tanta
 onera erigat, & æque illum inuocet Deum, qui tum
 succenset & punit, nec ad alium quenquam aufu-
 giat. Perinde ac Esaias sæpenumero queritur,
 quod populus non sit reuersus ad percutientem se.
 Natura perpetuo ad fugam propensior est, si uel
 succenseat, uel puniat, tantum abest, ut ad illum se
 conuerteret, aut inuocaret eius opem, semper enim
 alibi subsidium querit, nec uult nec potest hunc De-
 um ferre. Vnde in æternum fugit, sed effugere non
 potest, quare in ira, peccato, morte, & Inferno in
 sempiternum damnatam illam esse oportet. Atque
 hic uides Inferni magnam partem, quo nam modo
 peccatores posthanc uitam habeant. Nimirũ, quod
 iram Dei fugiant, & nunquã tamen effugiant. nec
 tamen ad Deũ clament, nec Deum inuocent. Con-

tra Esaias. 28. ait, Qui in lapidem angularem, Christum, confisus fuerit is nō fugiet. Ac si dicat. Omnes impij perpetuo fugiunt prae conspectu dei, & indignationis eius, nec tamen effugere queunt, à qua anxia fuga fideles per Christum securi sunt.

Natura non secus se adornare potest, ac sentit, iam uero dum praeter iram & ultionem Dei nihil sentiat, haud aliter de deo cogitat aut sentit, ac de iracundo Tyranno, nec se ultra eam iram penetrare potest, neq; sensum illum transilire, nec se aduersus Deum, ad Deum uertere, aut illum inuocare potest. Quamobrem ubi Iona usq; eo profectus esset, ut ad Deum clamaret, iam parata erat illi uictoria. Itidem tibi cogitandum & faciendum est, Ne pronus incedes, ne fuge, sed tranquillus persiste, supra que te uehere tum senties hunc uersum esse quod est & sonat. Clamaui in tribulatione mea ad dominū, & respondit mihi. ad dominum, ad dominū inquit, & aliò nusquam, & ad eum, qui irascitur & punit, & ad aliàs neminē. Respondere uero est, quod protinus tecum fit melius, & quod mox percipis, iram imminui poenamq; mitiorem fieri. Non potest ipse non respondere, modo tu non possis non clamare. Nec enim meritum, uel demeritum tuum curat. optime nouit te peccatorem esse, iramq; cōmeruisse te, aliò=

ANNOTATIONES.

te, aliò qui non animaduertet in te. Verum hoc omittere creatura non potest, quin semper aliquid secum adferre moliat, quo Deum placet, nec tamen quicquam reperit, Nam neq; credit nec nouit, solum clamare satis esse ad placandum iram Dei. id quod Iona nos hic docet. Hic uniuersis planè mortalibus animus est, ut, si Deus non irascatur, non puniat, sed satis largiatur, nobisq; bene faciatur, temerarij, audaces, præfracti, superbi simus adeo, ut nobiscum nemini conuenire possit. Minæ, terrores, exempla iræ Dei tum nihil promouent. Omnia iocus esse uidentur & contemptus. Rursum, si quando Deus puniat, adeo desperati & pusillanimes sumus ut nulla consolatio, nulla bonitas, nulla gratia nos erigere aut confortare ualeat. Adeo utcunque nobiscum agat Deus nihil profumus. Ecce quàm fastuosi colom, quàm animum desponsi Principes & Potestates erant. Nullis precibus, nullis terroribus apud rusticos promouebatur quicquam, nec consolatione, aut exhortatione apud Principatus. Rursum iam Principes & Potestates non satis erigere cristas, non satis arrogantes esse possunt, nullæ interminationes, & terrores quicquã apud illos efficiunt, donec iram Dei experiantur denuo. Natura, natura esse non desinit.

f 3 Alte

Alterum documentum est, ut eo modo clame-
mus, ut corde persentiscamus etiam, talem esse cla-
morem nostrum cui Deus respondeat. ut & cum Io-
na gloriari possimus, Deum si quando de tribulati-
one nostra ad eum clamauerimus, respondere no-
lis. Quod aliud non est, quam sincera fide ex ani-
mo inuocare Deum. Nec enim caput erigi, nec pal-
mæ ad sidera tendi possunt, nisi cor primū erectum
fuerit, quod se eo modo, quem dixi, erigit, ut spiri-
tus auxilio ad iratum Deum acceleret iter, subq; ira
gratiam querat. Deum quidem punire sinit, & iu-
sta tamen ex eius bonitate consolationem recipit.
Obserua hic quàm acuto uisu cordi sit opus, sola ira
& ultione Dei circumsepto, nec tamen iram aut ul-
tionem, sed gratiam & uidenti & sentienti, hoc est
nolenti uidere & sentire, tametsi extreme uideat
& sentiat, Volenti simul gratiam Dei bonitatemq;
uidere & sentire, tametsi altissime abstrusa sint.
Adeo magni est negocij ad Deum peruenire. ut per
iram eius, pœnam & indignationem, perinde quasi
per medias spinas, imò lanceas & gladios ad eum
ui uiam facias. Hic demum clamor fidei uocatur,
qui corde sentitur, quod tangat Deum, item ut Chri-
stus sentiebat à se uirtutem exisse dum hæmorrhoi-
sæ fluxum susteret. Spiritus enim uerba & opera
senti-

ANNOTATIONES

sentiuntur, quod tangant, & non frustra emissa sint. Qui uero sic proclamant, & in uentum orant siue ad quenquam pertingat uel non pertingat, nihil illi faciunt. Sed risus potius est & adulatio coram Deo res illorum.

Alter a pars huius uersus, idem sonat quod prior, idem enim utraq; pars ualent. puta in tribulatione ad Dominum clamare, & responsum accipere, Et Deum è uentre inferni inuocare, & exaudiri uocem. Ideo uero ingeminat eandem rem, ut certior tanto sit, nosq; constantius tale credamus, sic se habere quemadmodum dicit, coram Deo. Id enim Scripturæ in more est, ut eandem rem bina uice proferat, ut eo minus hæsitemus. perinde atq; Ioseph Genes. 41. bina Pharaonis somnia, eandem rem significare coniectat. ob eam causam, ut certum sit ita fore, &c. Quod uero ait de uentre inferni, aluum piscis intelligit, Non quòd piscis sit Infernus, cæterum, quod uenter illi æque fuerit, atq; Infernus & suum illic Iona Infernum perpeffus sit. Ac si dicat, E uentre mortis, non quod piscis, mors sit, cæterum quod Iona in eo suam perferat mortem. Non enim hic quid piscis sit enarrat, sed quis animus illi in pisce fuerit. nimirum quod cogitarit sese ad Aëterna descendere, quom in piscis aluū illaberetur:

ut recte adeo dixerit, è uentre Inferni mei, uel ex eo qui Infernus meus erat.

Quid uero Infernus sit ante nouissimum diem, nondum satis certus sum. Nam esse singularem quendam locum, in quem condemnatae animae recipiantur, quemadmodum pictores fingunt, & ministri uentris praedicant, fabulas esse credo. Necdum enim daemones in Inferno sunt, caterum ut Petrus ait, laqueis ad Infernum ligati sunt. Iam & d. Paulus mundi eos Principatus & Potestates adpellat, qui in aëre ferantur superne, & Christus Principem mundi Satanam. Nec enim fieri posset, si in Inferno essent, ut mundi rectores essent, totq; pessima facinora & calamitates patrarent. Poena certe egregie conatum illorum prohiberet. Praeterea & Scriptura plerosq; diuos Ad Inferna descendere adfirmat. ut & hic Iona, et Iob & Iacob Gen. 36. inqt. Mœstus descendam ad Inferos ad filium meum.

Quare & scriptura pfrequens uoas Scheol usus è in hoc, ut extremam adflictionem & angustia mortis in morientibus indicet. De morientium enim affectu loquitur scriptura, Sunt autem adfecti, perit de quasi ad inferos deueherentur, hoc est, in iram Dei merguntur, tametsi quo perueniant ignorent quisq; enim ubi ubi fuerit, suum secum infernum gerit, quam

ANNOTATIONES.

rit, quamdiu supremam afflictionem mortis & irā
 Dei per se ferit. In hunc modum diuus Petrus Act
 4. Psalmum 15. de Christo exponit, Non relinques a
 nimam meam in inferno & c: mortisq; dolores sol=
 uisse deum adserit, ut ita Petrus per infernum, mor=
 tis dolorem, quem Christus sensit, dum in cruce pen=
 dens animam ageret, ac in potestatem Dei recideret
 & mergeretur, significari uelit. In extremo uero
 die, longe res alia erit, ubi singularis quidam locus
 Infernus erit, uel ubi illi qui inferis adiudicati sunt,
 uel iram Dei sempiternam ferent, permanebūt, Sed
 de ijs satis, Nec multum etiam refert, si quisquā ita
 de inferno sentiat, quemadmodum pingitur & diā=
 tur. Nam multo deterior nunc & in futuro erit in=
 fernus, quā quisquam referre, pingere aut cogita
 re queat.

Deiecisti me in profunda pelagi, II
 ut me fluctus circumdarent, omnes
 undæ tuæ & procellæ transierunt su=
 per me.

Recenset hic ea, quibus liquido uidcri potest, quo
 loco cor eius constitutum fuerit, priusquam ad Do=
 minum clamaret, & fides in agone ferè decumbe=
 ret. Obliuiscatur hominum, qui eum eiecerunt in ma=
 rē.

f s re,

re, & in Deum id facti transfert, Tu inquit, tu deicisti me, & c: Nam sic & in conscientia sentitur, ut omne malum, quod super nos irruit, sit Deus merus & ira Dei mera, etiamsi strepens folium fuerit, ut Moses Leuit. 16. inquit, Terre faciet eos strepens folium. Nonne hoc ingens miraculum, nihil uilius & contemptius sicco folio, in terra iacente, super quod omnes generis uermiculi serpunt, quodque nec à minutissimo pulueris atomo tueri se possit, ut & Iob uilissimum se estimare uolēs nihil abiectius offendere potuerit, quàm q̄ se coram deo arido folioparem fecerit, At tamen ubi uenerit horula, à sonitu folij huius timebunt sibi, equus, scissor euis, lancea, arma bellica, Rex, Princeps, uniuersus exercitus, oēs uires, tamq̄ minaces, audentes, magnanimi & feroces Tyranni, qui alioqui nullo inferno, nulla diuina ira iudicio terreri possunt, arrogantiores uero potius & magis obthurati inde redduntur, An ne belli uiri sumus? ab ira Dei nihilum timemus nobis, sed fixi sumus, & furorem scilicet uilis aridi folij metumus? Et huiusmodi strepentis folij sonitus, mundum nobis in arctum constringet, & in Deum nobis erit folium hoc, qui antea & cœlū & terram laessebamus. Age iam de nostris uiribus & patientia gloriemur. Quod si tanta super nos aridum potest foliū
quid

ANNOTATIONES.

quid profundum posset mare, de quo, hic Iona memorat? Immo quid in nouissimo die inferni ignis poterit, & ipsa Dei maiestas cum omnibus angelis & creaturis?

Sic non dicit Maris undæ & procellæ super me transierunt, cæterum tuæ undæ, tuæ item procellæ, ideo quod sentit in conscientia, quomodo mare cum fluctibus suis & procellis, Deo & iræ eius seruiant quo peccatum puniatur, unde ait, Omnes undæ tuæ & procellæ super me transierunt, Sic enim illi uidebatur, quasi omnes catarrhacæ & undæ, quæ in cælo & terra essent super eum fluerēt, ac si nemo quis quæ esset alius, qui iræ dei premeretur, præter ipsū sed omnes unâ creaturæ cum Deo illi aduersarentur. Sic & quidam summa tribulatione cruciati dicunt, Videor mihi & cælum et terram super me posita esse. Atque ea sunt uera cruciatuum initia, & portiones quædam, quæ peccatores post hanc uitam manent. Sic ira Dei & iudicium eius incipiunt, in sempiternum duratura, Porro hic uersus similis est psalmo 42. ubi eadem Propheta habet, Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. Et Iona hunc ex eo loco fortassis mutuauit.

Cogitabam enim me ab oculis tuis. III
 proiectum esse, nec me porro uisurū
 templum

templum sanctum tuum.

Hic pœna conscientiam tangit, fugam enim à domino adornarat, ut ne se Nineuen conferret, Hoc illius peccatum, illa inobedientia erat. Iam sentit quàm à conspectu dei proiectum se esse oporteat, in peccati sui pœnam, quam inuitus perfert, qui antea volebat coram conspectu dei permanere, per transgressionem suam. Tum sanè cor eius illi pultauit & dixit, Ecce quàm belle tibi fuga consulueris, Opinor te satis procul à Deo remotum. Ibi peccatum simul remordet, et pœna premit. Dupliciter uero accipi potest, quod à facie domini proiectus sit. Primum corporaliter, Ita quod cor eius decreuerit, moriendum sibi esse, ac in eo desperarit, quod unquam ad terram restitui debuerit, & rursum in populo suo, in terra Israël uersari, unde fugerat, ut supra audiimus, quod fugere à facie domini sit, quod ex terra Israël se proripuerit, ubi deus & cultura eius morabatur, ut & sepius in Regum libris narratur, quod à facie sua repulerit Israël deus, & Iudæ similem interminetur repulsam, hoc est, è terra, ubi uerbum eius & ministerium erant. Atque hunc intellectum sequentia cogunt, ubi ait, Nec porro uidebo templum sanctum tuum, nempe, quod Hierosolymis erat, quo si multestatur, sese in mortis constitutum lucta fuisse

seq;

ANNOTATIONES

scq; morti totum deditum fuisse, Tum fides in extre-
 ma afflictione & angustia stetit, Ibi non multo ad
 deum clamori locus fuit, ceterum sola de uita sua de-
 speratio, neq; id mirum est, Ecquis in eiusmodi eue-
 tu salutem speraret, si in alto pelago, ad hæc, in cæto
 deglutitus & demersus esset?
 Secundo iuxta spiritum, quod senserit, æque atque
 perpetuo à deo, propter inobedientiam suam reie-
 ctus sit, ut hoc loci damnati, & David in psalmis sæ-
 penumero eo uerbo utatur, ueluti psalmo 31. Dixi
 in excessu meo, reiectus sum à faciæ tua, Atque hoc
 sua seam natura peccatum adfert in conscientia, ma-
 xime in mortis certamine, Quare & Iona sic certo
 per sensit, ac ita uel in agone de gratia dei & miseri-
 cordia desperauit, priusquam ad fidem & inuocati-
 onem Dei reuersus sit, Illic quæcunq; diuine iræ ex-
 empla ad memoriam reducta sunt, quomodo in pec-
 catores anaduuerit Deus, puta Adæ, Heuæ, Caini,
 diluuij, Sodomæ & Gomorrhæ historie, Atq; hæc
 non miuima infernorum cruciatuum pars est, quæ
 post hanc uitam super impios ruet, Atque in hac ge-
 mina parte uides depictã, quid post hanc uitam pec-
 catores agant, cogitent et faciant, nimirum nihil epd
 illos esse, præter mortis angustiam, afflictionem,
 tremorem, & æternam desperationẽ, Atqui ad has
 cogitatio=

cogitationes & desperationem peruenit Iona, ex eo quod iram & poenam Dei corporaliter & externe sentiat, quomodo in profundum deiectus sit, & aquis circumseptus, undis & procellis, catarrhactis, & fluctibus obiectus sit, ut supra dixit, & subinde latius percenset, inquit.

III Nam aquæ circundabant me usque ad uitam meam, profundum circumibat me, Alga tegebat caput meum.

Qui de uita mea sperare aliquid possem, aut me consolari, quom aquæ me circumcirca ueluti in medio pelago cœperint, algæq; super me staret, meq; teget? Quod tantum ualet, In margine & littore maris magnorumq; stagnorum, aut pisanarum ripis, carectum & arundinetum esse solet, Qui ergo in mari submersus est, is sub alga & arundine operatus iacet, hoc est, sub aqua in qua crescit alga, Ut quicquid in mari & circum mare est, cum sub se habeat, etiam terra littori contigua, ut sequitur.

V Ad fundamenta montium, terra uentibus suis me perpetuo cōcluserat.

Omnia enim maria, stagna & aquarum profunda in uallibus inter montes consistunt, Iam montium fundamenta, ima uallis & solum sunt in mari, u

ANNOTATIONES

bi montes radiabus suis contingūt sese mutuo, Que omnia Iona, ueluti is qui in mari submergitur, diat, qui ad superna cogitat, aut sicut is, qui submergi quēpiam cernit, & finem eius secum recogitat, nam si supra se cogitat, aquarum collectiones supra se uidet, & utrinq; littora, algam ac terram, Quom uero in mare descendit atq; submergitur, æque est illi, ac si inter montes, ad fundum usque caderet, ibi demum in sempiternum terra cum repagulis suis & uectibus continuit & conclusit, hoc est, non secus cogitat quā quòd illic eum manere oporteat, nec unquam inde emergere possit. Quemadmodum enim, qui in carcerem conclusi sunt, uel in turrim intrusi, egredi non possunt, quum ostiū & fenestra conclusa sint, sic & ille in mari permanere cogitur, si descenderit semel, Tum illi terra, id est, montes inter quos mare suos meatus habet, pessulum obdidit, et uectibus eū firmavit, hoc est aquis adeo cœpit & custodiuit, ut nusquam detur exitus, Hic iterum uides, quales habuerit Iona in pisce cogitationes, abi, potus & omnium rerum profecto oblitus egregie fuit, letalibus tantūmodo cogitationibus luctatur, immo de uita omnino desperat, totus existens morti deditus, nec ibi dū inuocandi Dei locus est.

**Atqui uitam meam ex internitione
 eduxisti**

ēduxisti, domine Deus meus.

Meliora nunc sequuntur hic, & alie cogitationes Ionæ subeunt, Hic fides caput erigit ad uincendū diuida, desperatæ hic demum cogitationes cessant, Eo temporis, quom in altissima cōstitutus eram morte, & nihil minus sperabam, quā uitam. quandoq; dem impossibile erat ut uiuerem, tu cum tua uirtute ingentiq; miraculo aduentabas, me amq; uitam, tum à morte, tum ab interitu educebas, Sic quando funiculus tenacissimus est infringi solet, Quocirca Deo, adiutor in necessitatibus, est nomen inditum, ut is tum succurrat, quando omnia desperata & impossibilia fuerint, At quid ille faciat, dum sic iuuat, ausculta.

VI Deficiente anima mea domini recordabar, precesque meæ ad te pertingebant ad templum sanctum tuum.

Principio gratiam et spiritum impertit Deus, ut erectum cor misericordie domini recordetur, utq; posthabuis de ira Dei cogitationibus, sese à Deo iudice, ad Deum patrem conuertat, Verum hoc non ē humanarum uirium, Siquidem Iona hic adserit, animam suam defecisse, eiusq; uim & opera, præter deflectionem & desperationem fuisse nihil, Quod uero domini mentionem facit, et credere inapit, id non est

ANNOTATIONES.

est anima suæ opus. Spiritus, alióqui nemo, Domini memor esse potest. Vbi uero id contigerit, ut memoria Dei in cor ascenderit, nouum tum ibi lumen exurgit. ibi uita rursum prominet. cor denique confidentiam implorandi Dei, recipit. & orandi, ac tum etiam certissime exauditur. Hoc est, quod Iona uersu primo ait. Clamabam ad Dominum in tribulatione mea & respondit mihi. Porrò hic mors, ira peccatum, Inferi, & omnis interitus finem habent. & omnia uincuntur & deuorantur per fidem in diuinam benignitatem fundatam.

Quod uero ait preces meæ perueniebant ad te in templo sancto tuo, rursum templum Hierosolymitanum intelligit, in quo Deus erat corporaliter siue externe. Populo enim Israël lege cautum erat, ut nusquam adorarent Deum, nisi ubi locus Dei ab eo designatus & constitutus esset. Quemadmodum ait Exodi. 18. Vbi nominis mei memoriam fecero, illuc ueniam, ut te benedicam. Sic omnes, qui in terra Israël, uel extra eandem agebant, si quando orare uellent, animum uersum habere oportuit & fixum ad eum locum, in quo Deus corporaliter per uerbum suum morabatur. ut ne alios deos colerent, quàm illum solum, qui supra Cherubin in throno residebat. ad eum locum omnes orationes directas

g esse

esse oportuit, quemadmodū nostris tēporibus in nō
uo Testamento, omnes preces nostras ad Christum
dirigi necessarium est, qui propitiatorum nostrum
est, ut nullum alium Deum neq; scire, neq; colere
aut adorare debeamus, præter illum, qui in homi-
ne Christo IESV. corporaliter habitat. nec enim
alius porrò est.

VII

**Qui uero in uanitatē frustra
confidunt, misericordiā relinquūt.**

In Ebræo est, misericordiam suam relinquunt.
Atqui dum id in Germanico sonct, quasi de humana
misericordia loquatur, quam proximis exhibere de-
beant. dictione (suam) omiſſa, simpliciter miseri-
cordiā uerti, ut eo clarior esset sententia. Iona enim
de misericordia & bonitate Dei loquitur, quæ no-
stra est, hoc est nobis præposita, promissa, & exhi-
bita. Perinde ac si de Christo sic dicerem, Qui Chri-
stum suū aut fidem uel Euangelion relinquunt, &c.
Quom tamen ex ijs nihil nostrum sit, sed totum dei
sit, qui donat. Ac iuxta nostrum tamen quodlibet ho-
rum uocetur, quod nobis promissum & proposti-
tum sit, ut nos acceptemus, & pro nostro habea-
mus. Nam hoc uersu nihil intelligentes operarios
sanctulos, & adultores taxat. qui nedum in grati-
am Dei

ANNOTATIONES

am Dei sed opera sua fidē collocant. Illi, quom quid sit fides ignorent. ac nunquam tanta erumna pressi sint, ut ad quid fides prosit intelligant, & nesciant ut nihil tum bona opera adiumento sint, Illi quom sic permaneant, gratiam uilem reputant, & suum ipsorum opus pretiosum existimant. At uero Iona confirmat hic, præter uanitatem, hoc esse nihil, quod uernacula nostra tantum sonat, Nullius precij, nullius coram deo ponderis est, apud quem nihil ualet, nisi eius tum bonitas tum misericordia sincera fide apprehensa, & prædicata palam, citra ullorum operū meritorum, ue respectum nobis donata. Qui ergo huiusmodi uanitatibus fidunt, cassum est illorum studium & perditū inquit, nihil enim illis prodest. ut fidutia illorū & spes æque nihil ualeat, atq; factum illorū aut uanitas, quibus fidunt. Quo præcipue populum suum Israëliticum propheta reprehendit, qui lege & operibus suis adeo fidebant, ut non solum Euangelion & gratiam Dei relinquerent, sed etiam persequerentur. quom tamen ad eos præcunctis, peculiariter attinebāt, quippe quibus promissa erant.

Ego uero gratiarum actionem imolabo, uota mea reddam domino,

VIII

g z quod

quod mihi succursum sit.

Rursus hic Iudeos, cum sacrificijs & operibus suis taxat. ac si dicat illud Psal. 49. Immolant boues & hædos, quasi uero deo gratum sit bubula carne, aut ouina uesci. interim tamen se optime putant egisse. Ast ego planè sentio Sacrificiũ laudis aut gratiarum actionis, longe omniũ præstantissimum esse, quo laudetur, cõmendetur, & prædicetur, propter eius bonitatem indignis nobis exhibitã, perinde atq; hic Iona dicit, quod mihi succursum sit. Alij uero à Deo potius laudari & prædicari cupiunt, uelut ij qui sua per opera multum fructus & commodi deo dederint. Et quamuis talem gratiæ dei cognitionem antea secum habuerit, non tamen adeo copiose, ut in hoc certamine & tentatione didicit. Hic enim planè agnoscit, Deum neq; personam, nec ullum respicere meritum. qui indignis adeo peccatoribus opem fert. Antea numiũ in ea cogitatione fixus erat, quod & personã & opera Deus respiceret, maxime populi Israël, tametsi ab ea nondũ plene liberatus sit.

Quod uero ait uota mea per soluum, non sic accipiendum est quasi quicquam Iona uouerit, nihil enim ea de re proditum est memoriæ, neq; hæc etiam inter cæteras cogitationes arguit, quibus in pi-
sce ma-

ANNOTATIONES.

ſce macerabatur, quandoquidem ſolam ſuam orationem indicarit. Quapropter, opus eſt nos aſueſcari ſcripturæ, ut ubicunq; diuigenatim de uotis loquantur & perſolutione, neq; quicquam ſingulatim exprimunt, communc illic uotum, totius populi Dei, & omnium qui Chriſtum caput ſuum agnoſcunt intelligatur. Vouemus autem, nullum alium nos habituros Deum, præter ipſum ſolum. Quare huiusmodi uotum perſoluere nihil aliud eſt, quàm confiteri, laudare, prædicare, adeoq; honorare & colere Dominum. ſicut & Pſalm. 49. ait. Immola Deo ſacrificium laudis, & uota tua altiſſimo perſolue. Et Pſalm. 115. Perſoluam uota mea Domino, in conſpectu omnis populi eius. Ad hunc modum Iona uota ſua reddere in animo habet, hoc eſt, Dominum commendare, prædicare, tanquam unicum Deum ſuum. eo quod ſibi ſuccurſum ſit.

Et dominus dixit piſci, iſq; Ionam in terram expuit.

Hoc peculiari ſcripturæ modo dictum eſt, putata. Quod Deus omnia operetur & faciat, per Sermonem aut Verbum. ut Iohã. 1. Omnia per uerbum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, & Pſal. 33. Ipſe dicit, & fiunt. Præcipit, & ecce adſunt. Sic Io

g s nan pi=

nan piscis decoquere non potuit, & natura piscis
 non modo, cursum suum tenere, à solita & ingeni-
 ta energia & operatione non potuit, sed cibum eti-
 am reddere coacta est, præterea & ad terram fer-
 re, & illæsum expuere. ut adeo præter ingentia mi-
 racula in Iona Deus nihil operetur. Omnia iam in-
 uersa sunt, quæ antea ad mortem faciebant, nunc ad
 uitam scriuire coguntur. Piscis, qui antea mortis in-
 strumentum erat instrumentum esse uitæ compelli-
 tur, Et Ionã per cum uitæ restitui oportet, per quem
 ad mortem usq; captus erat. Quin & mare locum
 cedere adigitur, & hospitem suum dimittere. Mon-
 tium fundamenta nihil porrò detinent, terræ repa-
 gula sunt ablata, algæ non amplius operit, &c. Atq;
 hæc omnia in consolationem & fiduciam nostri fa-
 cta sunt, ut Deo fidere discamus, apud quem æque
 ualent, mors & uita, tamq; facilia sunt hæc illi, ac
 si cum iisdem luderet, quando alterum dat,
 alterum aufert, aut alterum pro alte-
 ro permutat. Nobis uero in-
 gentia & impossibilia
 sunt, in quibus
 suam no-
 bis uirtutem & scienti-
 am cõmonstrat. uti Psal. 104. adserit.

Caput

CAPVT TER
TIVM.

Et factum est uerbum domini altera uice ad Ionam dicens, Surge uade Nineuen ciuitatem illam magnam.

Hec ideo scripta relicta sunt, ut obseruemus, nihil inchoandum aut instituendum esse, absque Dei tum uerbo tum mandato, Prima enim commissio ad nihilum redacta erat, per Ionæ inobedientiam, quare, nisi redintegrasset mandatum Deus, incertus fuisset Iona, nū deberet exequi, imo potuisset illi idē accidere, quod filiis Israël, Nume. 14. qui primum nolentes ex præcepto Dei belligerari, ac postmodum à sese ipsis sine mandato uolentes committere præliū, cæsi sunt. ideo nihil, adeo totum iniusticia est, quicquid è suo homines arbitrio, absque dei mandato conantur. Præterea, hoc secundo huic mandato additur, ut quod illum Deus iusserit, prædicare debeat, ut & ministerium uerbi, & ipsum uerbum, in uerbo Dei comprehensum esse oporteat. Tum etiam re etia inædit & fructificat, alioqui, si currant, à tra dei commissum, aut à uerbo Dei aliena, prædicent. Solū

modo nocent, ut & utrunq; Ieremia docet, inquit
Currebant, & non mittebam eos, annuntiabam, &
ego nihil demandabam eis, quæ duo tibi dicta sunt,
cui uerbi ministerium delegatū est, eaq; in ima præ
cordia reconde, Teq; populumq; cuius animas eru
dis, contingunt. Similiter Petrus hæc duo coniunxit.
Si quis loquitur, inquit, uelut sermones Dei, si quis
præstet, ut id ex diuina uirtute & facultate perficiat,
ut nihil dubitet, & uerbum & ministerium diuina
esse, aque Deo promanasse, Ita enim decretum est,
diat & fiunt, per uerbum suum omnia conficere o
portet, Iohā. 1. Quamobrem, omnis plantatio, quam
non plantaui pater eradicabitur. Et si enim plantan
tur & suppullulant, non tamen fructum producent
Sic humane traditiones instituuntur quidem, & dā
num moluntur, sed non efficiunt quod intenderant,
cæterum, suis tandem nugis, postquam satis obsue
runt, intereunt.

**Et Nineuē ciuitas dei erat, trium die
rum iter continens.**

Quare Nineuen ciuitatem Dei uocat? nec ibi reli
gio uera, siue cultus Dei, neq; templum neq; prophe
tæ erant? Arbitror ego, ea propter ciuitatem Dei no
minari, quod eius curam gerat Deus, ac nolit eam pe
rire,

ANNOTATIONES

rire, uerum de ea sollicitus sit, adeo ut prophetam e-
 tiam illi adleget, ut ita eidem parceret. Quodra,
 urbs illa, haud dubie, uerum deum, coeli terraeq; co-
 ditorem credidit, Ad haec sciuit, audituros prophetam
 suum, suscepturosq; uerbum, ac uitam suam emen-
 daturus Nineuitas, ut et scriptura de Naeman Syro
 testatur, quod eius nomine toti Syriae tulerit opem De-
 us, quin etiam regem Babylonis Nebucadnezar fer-
 uum suum nominat, Quo pariter arguit, sese non
 Iudaeorum tantum, sed & gentium esse deum, inter
 quas habeat, qui sibi etiam obtemperent, & ad re-
 gnum suum pertineant.

Porro, quod urbs tridui iter complectitur, ma-
 gnitudine sua, quidam sic accipiunt, quod ambitu suo
 & circuitu tanta fuerit, ut triduo circumlustrari et
 circumiri potuerit, sed mihi sane egregia foret ciui-
 tatula, quouis moenia, duodecim aut quindecim mili-
 aria germanica, circuitu suo complecteretur, Longitu-
 dine. n. sua et latitudine, sex ferè miliaria consumaret
 Mihi sic uidetur, Nineue tantam fuisse, ut in triduo p-
 omneis eius plateas & uicos pertransiri, perlustra-
 riq; potuerit, ita tamen ut non festinaretur, sed pede-
 tentim transitus ille fieret, ut fit, dum in plateis pro-
 deambulatur, Subiungit enim deinceps, Ionam ad iter
 usque diei unius ingressum fuisse urbem & praedi-

casse, quod ego tantum fuisse urbis spacium puto, quantum in die pedetentim obambulando confici potest, Ad hoc facit dicio (Mahalach) quæ transitum hebræis sonat, ut in ciuitate, hac, illac transire consuetum est, uti Moses, Exo. 14. ait, Deum noctu pertransisse Aegyptum, omniaq; percussisse primogenita, qui plane non perpendicularis, sed hinc inde transitus fuit. Alius, quod sibi uidebitur, libere sentiat.

Prædicabat autem sic, Adhuc quadraginta dies supersunt, postea Nineue subuertetur.

Vnius diei iter ingreditur urbem Iona. & prædicat, Quot uero diebus illud urbis spacium perfecerit, eundo & prædicando, non constat. Præterea et concio eius, paucissimis & compendiaro modo indiciata est, sic, Nineue post quadraginta dies euertetur. proculdubio, non hæc tantum uerba nunciauit, sed amplificare Ionam eadem oportuit, ac reddere rationem tantæ iræ Dei, super eam uenturæ, ac taxare malitiam urbis, Et quo quisquam coram Deo iustificetur, & quid eò pertineat, quemadmodum hodie fit, ut uniuersa concio summam colligatur, dū dicitur, de peccatis, de Misæ. concionatus est.

Credebāt

Credebant autem Nineuitæ, ac ubi
indixissent publico statuto ieiuniū,
saccis, a primoribus usque ad mino-
res, induebantur.

Opinor omnes in uniuersum in urbe diuos fuisse
ut non iniuria, ciuitatem Deę eandem nominet, pro-
fer enim ex amplissimo terrarum orbe, uel unam,
quę cum hac possit cōferri, etiamsi ciuitas sancta Hi-
erusalem foret, Nam intuerē eam, & contemplare
propius, Diei unius iter usque peruēnit in urbem, et
sermonem domini nunciauit Iona, nec dām omnes
eum audire potuerunt, & omnes tamen credunt.
Hierosolyma nunquam, neq; Christus, neq; Apосто-
li, neq; Propheta per uerba sua & miracula eò per-
ducere potuerunt, etiamsi longo tempore hoc ipsū
tentarint, ac uerbum domini sedulo promulgarint,
Quemadmodum & Christus de centurione aiebat.
Non repperi tantam in Israēl fidem, immo Ionæ tem-
poribus Israēl & Hierusalem impij erant, ubi Ni-
neue Deo crederet. Quanquam etsi Hierosolymæ
idem olim fecerint, utpote, Dauidis, Salomonis, Eze-
chie, Iosie temporibus, nec tantum ideo tamen mi-
raculum esset, quandoquidem lege dei, tot Prophetis
tot regibus Deum timentibus, Principibus, Sacer-
dotibus

dotibus

dotibus, alijsq; id genus præcipuis uiris (qui in dies magis magisq; hortabantur ad timorem Dei) non fuerint inconspicui. At Ionæ seculo Nineue, & optima & maxima urbs fuit, cui nulla usquam in terris conferenda fuit alia.

Hunc Prophetæ locum, Sophistæ ad opera pertraxerunt, Illic illic uides, opera Deum respicere, perq; ea Nineuitas consequi gratiam, etiam si gentes essent & increduli. Liberum arbitriū sese belle ad gratiam per opera instituere potest, & c. Respondeo, huiusmodi nugas anteuertit Iona, quod priusquam enumeraret opera, Nineuitarum prædicarit fidem, ait enim, Viri Nineuitæ credebant Deo, hoc loco egregie transit, nobis opera monstrant. Ad hæc Nineuen, ciuitatem Dei Iona uocat. Ciuitatem Dei esse, & Deo credere, profecto non admittit liberum arbitrium hæc per se esse opera, ceterū gratiam dei & fidem, & ob talem gratiam & fidem, opera eiusmodi deo grata fucere, per hæc enim foris etiam fidem cordis sui testati sunt, fructumq; sermonis à Iona habiti produxerunt, Ecquid non placeret deo, ubi fides & gratia in corde antea fuerint, & reliquæ peccatorum non obsint?

Obserua porro, quod faciunt quædam, quibus de nihil omnino in mandatis à Deo acceperant, quæ tamē
reænsct

ANNOTATIONES.

recenset Iona, ut quod ieiunant, et saccis amictuantur
 Quid ieiunium & saccos Deus curat? cor totamq;
 nitam immutata uult, neque ea per Ionam à Nineui-
 tis exegit Deus, sed hoc solum quæsiuit, ut ab iniqui-
 tate sua desisterent, Fieri potest, ut quispiam aliã
 incedat, ieiunioq; incumbat, ac iuxta tamen insignis
 in corde nebulo sit ac leno, quales monachi suo in ua-
 ricolori habitu conspiciuntur, Quare subinde non
 saccos, non ieiunium commendat, sed quod sese ad
 deum conuerterit à uijs suis prauis. Atqui ex ueteri
 more hæc egerunt, perinde atque à maioribus suis
 didicerant, qui sese coram Deo eum ad modum sac-
 cis & parsimonia humiliauerunt, Idem etiam de eo
 quod Rex unà cum primapibus suis in cinerem sese
 collocat, dicendum est, quodq; tam stulta edicat, nem-
 pe quod iumenta & bruta pecora, neque gustare,
 nec bibere quicquam debeat, ad hæc, saccis etiam
 uestiri, & implorare propitium numen. In cuius
 unquam auribus increbuit, quod bruta animantia ie-
 iunare, saccos induere, deumq; inuocare debeant?
 num & Deo brutorum talia curæ sunt?

Indubie iumentorum siue pecorum ieiunium &
 sacca tantum coram Deo ponderis habent, quantum
 hominum, & econtra hominum, tanti ualēt, quanti
 pecorum, Atqui timidum, humiliatum, terrefactum
 que

que

que cor, uel stultiora parat, quo ostendat ita se ex
 animo cruciari, Et si fieri posset, saxa etiam & syl-
 uas ad tristitiam permoueret, & omnes creaturas
 ad fletum secum cogeret, nec uel sic satis esse in ani-
 mo cogitaret. Est enim ineffabile & incomprehen-
 sibile, quanta seueritate cor poenitens agatur, quod
 sic adfectum est, ut uniuersum mundum, eorundem
 secum adfectuū esse putet, eademq; secum facere, ut
 recte Paulus, gemitum spiritus inenarrabilem esse
 dicat, Romanos. 8. Et Dauid psalmo 31. rugitum in-
 star leonis edidisse se, præ cordis sui suspirijs adfir-
 met. Hoc est poenitentia & gemitus cordis eius tan-
 tus tamq; fortis erat, ut adeo horrende in ululatu &
 fletu prorumperet, ac si quispiam irati leonis rugi-
 tum audiret. porro, ubi deus tantum serium uiderit
 satis ille habet, taleisq; nugas omnes plaudo animo
 suscipit, quas alioqui nullo uultu dignaretur, ubi seri-
 um tale non adesset. Quam ob causam Iona Nineui-
 tarum poenitentiam & immutationem graphice po-
 tenterque depinxit, ceu eam, quæ uehemens, seria, et
 argumentosa fuerit.

Quod si Sophistæ opera iactare pergant hic,
 quod multi fiant apud Deum, à me non impedi-
 tur, Sed uideant, ut serium illud iactent quoq; ex
 quo talia opera fiunt. Si enim opera cogitationibus
 tantis

tantum aspexerint & susceperint, citra serium hu-
iusmodi, ut sunt humanitus inuenti & suscepti ri-
tus et ceremonie in coenobijs & templis, potissi-
mum, quadragenarij Ieiunij, & hebdomadae, quam
proxime paschales ferie sequuntur, temporibus,
profecto uana sunt nugalia, ac si pecoribus Ieiuni-
um, poenitentia & oratio, sine poenitentia hominũ,
indicerentur. Quo nihil aliud expediretur, quàm, ut
rideremus Deum, maioremq; super nos iram cie-
remus. Procul ergo procul à talibus operibus abe-
undum, aut serio suscipienda sunt. Liberum autem
arbitrium aut humane uires serium illud non sup-
peditant, sed fides ex spiritus sancti uirtute. Vide-
mus enim hic, quòd Nineuitæ apud stulta opera nõ
sistunt gradum, ceterum ultra Ieiunium & clamo-
rem bestiarum, recta rem uia aggrediuntur, præci-
piuntq;, ut à uia sua praua, & à temeritate manuũ
suarum declinent. Plerisq; omnibus hoc uitij est, ut
plurimum opera iactent, omisso eo quòd additum
est. nempe, ut auersemur prauitatem. bono nos ac-
commodantes, uerum ij operarij, paleas absq; fru-
mento, pressas uuas sine succo, nucem sine nucleo
offerunt, qui Deum pro bardo & ludicro habent.
Primum sine iusti fiant, & opera, quæ iactant, fá-
ciam, postea sese ipsa lis componet. Nunc uero pro
pter.

pter.

pter opera pugnam excitant, quorum tamen ne unum quidem facere cogitant, & quom nihil de illis ipsis nouerint perpetuo tamen de illis blaxterant, eorumq; doctores esse uolunt.

Saccos, siue culleos induere. Hebræa loquutio est, significat autem uilem & abiectum habitum gestare, atq; sine omni ornatu uestium incedere, quemadmodum illi faciunt, qui mœrent, unde pullati inambulabant. Sic & Ieremia, Cœlo inquit saccum induam, hoc est, tenebris & nubibus obducam. Et Apocalypsis. 6. Solem, in Cilicium permutatum esse dicit. Hunc in morem, & iumenta teguntur saccis, hoc est mœrere simul & uidere toruum compelluntur. Quemadmodum & Hebraico tropo, panis & aqua cibum potumq; significant. Et in cinere sedere, demittere se, citraq; pompam & honorem incedere signat. Non quod solo pane & aqua tantum eos uti oportuerit, in que cinere ante fornacem, uel super focum sedere. Cæterum quom non sit uilior alimonia pane & aqua, neq; abiectus uestimentū, culleo aut sacco, nec contemptior locus, cinere, quæ cumq; uilia esculenta, poculenta, uestes, loca, habitus per ea designantur. Sicuti & Esaia de Babylone clamat, Humiliare Babylon humiliare, teque in cinerem colloca.

Quis

Quis nouit? conuertere se posset
Deus & permutare sniam, &c.

Hæc sic rex proloquitur, perinde quasi hæsitet et incertus sit. num Deus propitius esse et misericors uelit. Quod ipsum tamen fides exigat, uel non est fides. Atqui nihil dubitat rex, alió qui non ita fecisset, nec eo se gessisset modo. Desperatio enim ad Deum non clamat, neq; tale præ tendit serium. Ergo sic se res habet, quod cor uere poenitens, præ timore in medio conflictu persistit & colluctatur cum desperatione, nec dum partem cernit uictoriam, ideo sic loquitur, quasi incertum. At re ipsa, non secus sonat quam si nondum euicerit, sed in media necessitate & afflictione fixum sit. Quod si nulla fides adfuisset, in tanta lucta & anxietate persistere non potuisset. Quare hæc uerba potius præ sentis fidei argumentum sunt, sed talis fidei, quæ in medio timore ac lucta uersetur & pugnet, & gratiam Dei tamen sibi præ fixam habeat, sicuti hic dicit, Fortasse cõuertere se posset Deus ac mutare sententiã, &c. Hic benignitas certe adhuc superest, nec mera indignatio.

Neq; ullum est operæ pretium, curiosam illam
& subtilem quæ stionem tractare, quomodo se De-

h us uer-

us uertat, & animi sui sententiam permutet, quom
tamen inpermutabilis existat, qua se uehementer ia
ctant & sudant in ea Sophistæ, rem inde difficulte
mam facientes. Eo potius respiciamus quanta in ho
minibus fides extiterit, qui non solum id credebant,
quod Iona predicabat, quomodo interitura ciuitas
esset, cæterum & gratiam Dei se consolari aude
bant, etiamsi de eadem nullam à Iona promissio
nem recepissent, sed minas duntaxat audissent. Pri
mum illorum cœptum arduum est, & eximium, ni
mirum, quod tam potens ciuitas unà cum rege con
tinuo adeo terretur, sibiq; tam uehementer timeant
ab ira Dei, scq; tam alte humiliant, ab unico unius
hominis sermone, nec iuxta ratiocinentur tamen
quo demerito, ipsi soli præ cunctis totius mundi ci
uitatibus, peccatores & damnati esse debeant. Ut in
sublime tollebant caput aduersum Loth, Sodoma et
Gomorrhæ? ut obthuratus erat Pharaon aduersus
Mosen & Aaronem? Ut excæcata manebant Hie
rosolyma aduersus Christum & Apostolos? Ut Ro
ma contabescebat & seuebat, aduersus Christia
nos omnes? Ut hodie temere præcipitesq; ferun
tur Principes & Episcopi in Euangelium? Certe
profecto, Totus terrarum orbis cum Nineuitis col
latus, nihil est, nisi nebulonum planè, ac demonum,
stabilium

ANNOTATIONES.

stabilium uel Augiæ (uti dicitur) sordidius. Nineuitæ nanq; omnes erga illos, angeli planè cognoscuntur.

Alterum quod fecerunt maius est, quod in tali timore & angustia non desperant, etiamsi promissionem nullam habeant. Quo obsecro conseruantur, ut non desperent? tot nobis prophætæ, tot Apostoli, tot scripta, tot libri, Sermones & uerba plena consolationis sunt, nec tamen fidere Deo bene possumus. ut diuitiæ nostræ, quas in uerbo Dei habemus Oceanus planè sint, guttula illorū collatæ. Nihil enim illi amplius nosse potuerunt, dempto uerbo illo unico. Quòd Deus & cælum & terram condiderit, & uerus sit Deus, hoc est benignus & misericors sit. Quam scientiæ portiunculam adeo suæ salutis necessariam faciunt commodamq;, ut & Iudeos & Christianos non iniuria pudere debeat, qui nobis tam diuitis uerbi dei exuberantiæ uel dimidiatam partem ad salutem & cõmoditatem uertere nequimus. Quapropter illos Christus Matth. 12. Iudeis alijsq; omnibus objicit. Viri Nineuitæ, inquit, exurgent in extremo Iudicio, condemnaturi generationem istam. Resipiscebant enim per prædicationem Ionæ. Et eæ, maior hic Iona est, neq; id inique, dum nos uix dimidiatam serij illorū partem, tot millibus

h 2 tum

tum minarū tum promissionum Dei admoniti, præ-
tendamus, ubi Niveuit a unico uerbo conterriti, nul-
la promissione confortati, tam prædiuitem fidem ex-
hibent. Sed ita fieri solet, ut ubi parum diuini uerbi
fuerit ibi magna fame, & serio auide soleat expecta-
ri & suscipi, At ubi eius copia extiterit tædium eius
& contemptus capere solet homines.

**Et respexit deus opera eorū. Quod
conuersi erant a uia sua praua, &c.**

Hic hic prædicantur opera. quid contra hunc lo-
cum adferemus, quid respondebinus? Hic sanctuli
operarij Io Pæan canant, uicerunt enim. Cæterum
euge quàm bene uicerunt. Intuere textum, qui dicit,
respexit Deus opera illorum, hoc est bene placue-
unt ei opera. sed qualia nam erant? Ipse quidem ex-
plicat dicens. Reuertebantur à uia sua praua. Huius
modi opera facias & doceas, tum non solum, non in-
uidebinus tibi iactantiã operum, sed erimus tibi au-
xilio, ut magis magisq; prædicentur. Auerfari uiam
prauam non est exiguum opus, Nec in sese uel ieiui-
nium, uel bulgam continet, uel saccum, sed confide-
re Deo ex animo, proximumq; sicut teipsum dili-
gere, hoc est, totum requirit hominem ut iustus sit
& pius, & externe & interne. animo & corpore.

Nam

ANNOTATIONES.

Nam integrum requirit hominem Deus, bipartitos illos adultores refutans.

CAPVT
QVARTVM.

Id uero Ionam uehementer male habuit, iraque percitus ad dominum orauit, &c.

At is mihi profecto sanctus est admirandus, & rarus, qui gratiam & misericordiam peccatoribus inuidet, ideoq; succenset, nihil illis boni, sola uero mala imprecans, aduersus charitatis naturam, quæ uel inimicis cuncta bona & precatur & facit, Et quod maius est, Quod hæc Propheta faciat, postquam iram Dei magnam in mari, in uentre piscis expertus erat. Ad hæc, nondum desistit, quom Deus illum reprehenderet, quod sine causa succenseret, & adhuc tamen in tanta fide persistit, ut mortem à Deo petat, nec porro uiuere uelit, quã rem profecto petere nequiuit, nisi summã in Deum confidentiam habuisset. Quid ad hæc dicemus? Quomodo tanta fides, tantumq; uicium coniungi possunt? Querere

h 3 hico=

hic opportunum erat, multum enim ex huius loci indagine tibi emolumentum proueniret. Inficiari non possumus, quod Iona inique destomachetur, & ideo peccet, quandoquidem illum propterea corripit, & uerbo & facto, praeterea & alba uitis argumento. Insuper fateri cogimur etiam, quod in fide, Deoq; gratus fuerit, postquam tam amice cum illo conuersetur Deus, addito etiam signo, seq; ueluti hominem exhibeat, cui amica cum proximo suo homilia, iuandumq; commercium esse consuevit.

Et si haec omnia illi condonanda forent, hoc tamen omnem exuperat modum, quod priorem suam inobedientiam atque fugam iustam reddere, tutarique conetur, adeoq; culpam in Deum transferre, ubi ait, Eia domine, illud uero, illud erat, quod fierem transfuga, praedixi enim in terra mea constitutus ad huc, ita fore, quare anteuertere uolui, fugiendo ad mare, &c: Quid sibi haec uolunt, quam tantum, Bene actum est quod fugerim, neque huc me reaperere uoluerim, & siquid ideo peccatum est ex parte bonitatis tuae peccatum est. Quid obsecro hic Iona querit Nonne minatur Deo? nonne ad id luctatur, ut in mille maria, & mille immania cete proijciatur? ueluti is qui repugnet Deo, & aduersus eius bonitatem murmuret, seq; ipsi iustificat? Si talia Saul, aut alius quis
piam

piam fecisset, quid illi putas accidisset? si opera coram Deo ualere, aut mereri uel demereri deberent, Ionam in abyssum Auerni demergi oporteret, ceu eum, qui sua commotione, tum aduersus fidem tum aduersus charitatem, peruiaxiter seuiret, Deum enim culpatur & proximo suo gratiam & nihil non boni inuidet. Heccine sunt bona opera? Immo, si hoc non corpus uitiorum est & summa, tum me quid sit uitium preterit, Ferè nescirem quid hic respondendum esset.

Primum igitur obseruandum nobis est, quam admirandus in sanctis suis existat Deus, ut nemo facilis sit ad cuiusq; qualecunq; opus iudicandum damnandum uel. Opus enim, ut est, malum esse potest neq; ideo persona mihi damnanda est aut reijcenda. Si enim Ionam hic aspiciamus, opus eius uere iniustum & iniquum est, quandoquidem et ab ipso Deo reijciatur, Adhuc tamen charus est Ascanius, qui sic libere cum Deo fatetur, ac si nihil illum timeret, id quod res est, illoq; ceu patri confideret.

Secundum, quod hic disamus, quam dilectos suos filios, insigniter magna & crassa scelerata perpetrare sinat, eosque delinquere permittat, quemadmodum Christus, uel Apostolos, ut Euangelicæ testantur literæ, cadere permisit & peccare.

Tertium, quod uidemus quam humaniter, pater

h 4 ne &

ne & amanter Deus agat cum iis, qui illi in afflictionibus fidunt, & quàm gratus à castigatione & uirgis pater fiat, ut et Epistola ad Hebræ. ait, quod amabilissimum fructum proferat disciplina, ijs qui per eam exerantur. Hic enim uides id nõ oportere obesse, neque pro peccato imputari, quod uere peccatum & reprehensioni obnoxium est, sed leue puerorum esse delictum, quod sponte & benigne pater fert. At qui cum impijs non sic agit Deus, neq; enim illi se rei accommodare possunt, sed omnino temerarij fiunt & efferi, ubi senserit propitium esse Deum et parentem, Perinde, quasi impiam illorum uitam deo gratam esse, uel inuito necesse sit, aut eandem ipsam oporteat ferre.

Nec uero mirum est, Ionam inuidere gentibus diuinam gratiam. Tu ipse rem æqua lance tecum trutinana. Constas apud Iudæos fides erat, se solos, aut solū Israële populū dei esse, quemadmodum & in superioribus ostendi. Omnes aut gentes sub ira dei cõstitutas esse, ut uersus ille Psal. 78. sonat, Effunde dñe iram tuam super gentes quæ te non nouerunt, & super regna, quæ non inuocant nomen tuum. Quare in hac erant sententia, neminem gratiæ diuinæ consortem debere fieri, ni Mosaicam prius legem, adeo que Iudaismum suscepisset. Nam & Apostoli pri-

mi

ANNOTATIONES.

mi Christiani nõ secus itelligebant, ut Lu. Act. s. c. a. scribit, quod circueuntes nemini prædicabant Euangelion nisi solis Iudæis, Iracundia erga Petrum ideo commoti, quod gentibus Euangelion nunciaßet, Act 10. & 11. Et si Iona ideo persequutionem non passus est, quod Nineuitis prædicarit, & occisus ideo à Iudæis, ingens certe miraculum est, intollerabile nanq; illis erat, uspiam esse populum Dei, qui Mosaicam legem non obseruarent, quo nomine Nineuitæ à Iona hic prædicantur. Quid hodie, & nunquam non ferre & expectare coguntur, qui docent aliubi terrarum esse Christianos, qui tamen, neque Pontificias traditiones, nec Romanæ Ecclesiæ cerimonias & morem obseruent, aut pili faciant? Hereticos illos omnes, & igni adiudicatos oportet.

Atqui fieri potest, ut hæc uera Ionæ causa fuerit, quor Nineuen petere recusarit, & quor murmurarit, quod non subuerteretur, optaritq; defunctus esse uita potius, quàm quod uideri debeat, alicui genti gratiam Dei donari, & in populi Dei numerum eam uenire, citra Mosaicam legem, adeoq; Iudaicas cerimonias. Quid hoc aliud est, quàm dedecus & ignominia Israël, quod ueluti traditionibus non necessarijs, & ad gratiam Dei impetrandam nihil condicantibus occupetur, quom sine his, gentes optime
h s seruari

seruari queant. An ne hic dicerent, Quid ergo nobis, tanto cum studio, atque labore? quom nouissimi illi, unicam saltem horam labori impendentes, æqualem nobiscum recipiant mercedem, qui tamen totius diei pondus & æstum pertulimus? ut in Euangelijs legitur, Nonne meliores alijs essent? nonne maius de ferret pretiũ? Idem hic accidit, quod Nineuitæ, absque lege & prophetis gratiam consequantur, Et Iudei nihilo maius præ illis recipiant, tam graui etiam legum suarum pondere laboreq; adiuti. Immo tandem expertes omnino tum gratiæ tum mercedis sunt, & nihil prorsus consequuntur, dum suo murmure atque conuitijs præstantius quiddam Euangelio sperabant se adepturos, ac gentibus Christianismum inuidebant. Hoc ipsum ergo, Ionæ bilem concitauit, quod eius rei causa, cum prædicatione sua apud Nineuitas esse deberet, primusq; Iudaismum & contemptibilem, et non necessarium constituere. Ecqui in terra Israël permanere potuisset? neque ab re, si sibi consuluit, prædicationem illã refutando, Iudeum enim esse, ac docere tamen Iudaismum, non esse necessarium, ad impetrandum gratiam, quandoquidem & citra legem Mosaicam, adeoq; ceremonias eiusdem fauor Dei haberi possit, æque est, ac si Iudeus, suum, de quo traxit originem, populum, uilipendere

ANNOTATIONES

pendere, ac inutile prosum reddere conetur, alias uero gentes, in sublime tollere praconijs, id quod & Paulo, simili in causa euēnit, ut Lucas in actis refert.

Proinde ut Iona pacaretur ira, & haberet, qd' stomachatibus suis Iudaeis responderet, ludit cum illo Deus, & signum illi exhibet, quemadmodum & cum Petro faciebat, Act. 10. in eadem Iona sententia constituto, per uisionem illi coelestem, lintheum, oīs generis animatibus uariegatis plenum exhibens, et omnia munda confirmans, tametsi solae gentes significarentur, absq; Mosaica lege, &c. In hunc modū Iona signū dedit deus, formauitq; uitem albam, quae iuicandi umbraculi uice illi erat, At ubi ob eam uitem summa leticia perfunderetur Iona, parauit dominus uermem, qui exitiali morfu uitem laederet, aurora mane fulgente, ut arescente uite, Iona suis delicijs destitueretur, Ad haec solem, aestuantes radios in caput Ionaē proijcere sinebat, quum nullum illi reliquum esset umbraculum, ut iterū moestitia uexaretur, & mœror mœrori adderetur, ut adeo nihil illi pro uotis succedere uoluerit, Quare sibi rursus mortem imprecatur, ut à malis suis tandē liberetur. Aduenit itaq; dominus & consolatur illum, & placat, confirmans sese pro sua bona uolūtate, quicquid libuerit

libuerit facere posse, sicut & pater familias in Euan-
gelio ait. Ostendit etiam Ionam sine causa iracundia
permoueri, Ecce inquit, Tu propter uilem fruticem
sucenses, quod læsus exaruerit, at quanto frutex ho-
mine inferior est, nedum tanta ciuitate? nonne &
ipse optare deberes salutem, & gaudere de bonis e-
ius, qui tam lubens uiti illi candidæ felicitatem & fe-
licem successum optares? Quid Iona aduersum hæc
dicere posset? Obmutescere cogeretur, ceu suo ipsi-
us iudicio conuictus, quo per ampeloleucen illam, tã
belle perductus erat, priusquam animaduerneret.
Adco humana prudentia coram Deo nihil ualet.

De ui- De frutice illo, qui Hebraice Kik, hicq; apud
te alba Ionam Kikaton, uoce diminutionis, uocatur, olim
Plin. li. Theologi uariatentarunt. Vetustissimi Cucurbitam
23. c. 1. dixerunt. Postea Hieronymus hederam interpreta-
tus est, quam intra Latini Imperij septa crescere ne-
gat, uerum in Syria. Talem uero fruticem esse, qui
celeriter in magnitudinem se tantam efferat, ut ta-
bernaculum & opacam umbram efficiat, folia pam-
pinis similia producat, Vnde ueteres fortassis Cu-
curbitam esse uoluerunt. Nos uero, arbitramur eum
esse fruticem, quæ latini uitem albam nominant, quod
in uernacula nostrarapum syluestre uocatur. Par-
rochus noster Iohannes Pomeranus à Pomeranis
suis

ANNOTATIONES.

suis Radicem sanctam nominari ait. quæ in tantam se magnitudinẽ & altitudinem erigat, ut & ædes excedat, quæ natura etiam herba, quam vulgo Solatrum adpellant, communis est. Neque enim hederæ comodũ esse potest, ut & ipse fatetur, cum rubus ille non in suo stirpe consistat, uti Kikaton, sed muris & arboribus passim adhærescat. ut illi propius adsequuti sint uocis illius significationem, qui Cucurbitam adpellarunt, Tametsi eos Hieronymus rideat & Cucurbitarios uocet.

Atqui non tantum in hac re situm est, neq; adeo nobis, de uocibus certandum est, ubi res ipsa nobis explorata fuerit. Hoc uerum est, quod hic frutex, etiamsi natura celeriter crescat, hic tamen, non sine miraculo, Ionæ causa paratus est. Et Iona diuturnam sub eo moram nexuit, fortassis donec quadraginta dies consummarẽtur. Textus enim diat egressum illum extra urbem, ex opposito eius sedisse, ut uideret num interitura esset urbs. Mox enim illum male habuit, quod uideret eos pœnitere. Timebat enim, ne non subuerteretur. At quadraginta diebus elapsis, ubi uideret præfixum abijisse tempus, ibi demum ira eius uires recipit, quod sermonem suum nihil sequeretur, Tum aduersus Deũ muginabatur, unde castigationem à domino ferre cogitur, at cum
dede

dedecore sese domum recipere, cum ingenti tamen fructu & commodo intellectus sui.

Ex his omnibus discimus, Quomodo Deus sit adiutor omnium planè hominum, non modo Iudeorum ut diuus Paulus. 1. Timoth. 2. ait. Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire. Præterea discimus etiam, quod Gentes nos, ueluti quæ nouissima hora uenimus, parum que laborauimus, omnino indigne gratiam Dei adsequuti simus, quum illa nobis, ut Iudeis promissa non fuerit. Utinam grati essemus, eamq; Dei benignitatem & gratiam nobis commodam faceremus perinde atq; Nineuitæ fecerunt. Ne & nos tandem ingritudinis causa peius intereamus, quemadmodum & Nineuitis postea euénit. Hæc enim historia Ionæ ideo posteris est tradita, ut Deus nobis miracula sua exhibeat. nempe quod uerbum eius ibi potissimum fructificet, ubi quisquã minime sperasset. Contra illic minimum fructuū producat, ubi tamen maxime sperabatur. Hic enī Gentes quæ Nineue erant credunt, quibus nullum antea promissum, aut uerbum Dei erat. Iudei uero increduli fiunt, qui in dies uerbum Dei audiunt. Ut de nemine desperare debeamus, & rursum nemini confidere.

Affirmat hic, apud Nineuitas plures fuisse, quã
centum

ANNOTATIONES.

centum & uiginti millia hominū. Ex quo prope modum conijci potest coniectura, quanta fuerit urbs quom enim centum & uiginti millia recenset, & quendam adhuc numerum addat, satis arguit, non fuisse centum & triginta millia in urbe hominum: aliō qui dicere potuisset, ultra triginta uel quadraginta, uel ducenta millia. Iam nondum supra modum ingens ciuitas est, in qua ducenta millia hominū sunt. maxime, ubi in suo flore steterit, ueluti hic, Nineue regia urbs, Imperij Assyriorum caput florebat. Nē si quisquā ita uelit accipere, quod ij qui quid dextrū, aut sinistrum esset, nescirent, ueluti infantes, pueri, & mente capti, tantum complessent numerum, Seniorum uero, multo fuerit numerus augustior. At qui talem ego sensum non sequor, Ceterum, quod omnes unā ignorauerint, quid uel dextrum, uel sinistrum sit, hoc est, uti nos dicimus, Neq; hoc, neque illud in diuinis rebus sciebant, ueluti, quibus neque Lex, neq; Propheta erant, qui docuissent eos, quo pacto, tum in spiritualibus & corporalibus, in externis & internis rebus coram Deo se gererent. id quod Iudaei habebant ubertim. Ita enim dextra ad spiritum interne, Sinistra uero ad corpus externe trahi potest. Deo enim & animo & corpore inseruiendum. Hæc qualiacunq; in Ionam hæctenus dicta, mo=

Et, mo=

et, modo sufficient. Allegorie nunc etiam nobis tractande restant, quarum potissimum tres sunt.

P R I M A.

Allego-
ria Io-
ne.

Iona hebraice columbam significat. Porro in nouo Testamento columba spiritus sancti speciem gerit Luce. 3. & Iohan. 2. & maxime manifestus spiritus sanctus, qui datus est ut Christus in uniuerso mundo per Euangelium nunciaretur, ut Iona suo nomine typus sit & figura spiritus sancti & officij eius, puta Euangelij. ut & Apostoli & Concionatores, etiam Ione & columbae esse debeant, id est, spiritu sancto duci, neq; quicquam ex sese, uel dicere unquam uel facere quemadmodum & ipse Christus Matth. 10. discipulis suis & columbarum simplicitatem, & serpentium sollertiam precipit atq; commendat, quo uoluit, ut uerbum Dei pure citra ullam humanam additionem, simpliciter docerent, uti spiritus sanctus dederit. atq; ut nemini, uel opere uel doctrina imponerent.

Nineue hebraice, pulchram aut formosam sonat, perinde ac magnifice extructa ciuitas, pulchra est. Mundum significat, qui in diuitijs suis, uoluptate, sapientia, fortitudine, uiuit & fertur, pulcherrime & speciosissime. Ceterum sub ijs peccatum solum & abominatio coram Deo existunt. Quod

uero

A L L E G O R I A E.

Uero uerbum audit & suscipit, ieiunat, saccis uestit, & in cinere sedet, significat, Verbum Dei fructum ferre, ita ut omnia mundi pulcherrima subuertat, & efficiat ut sanctimoniam suam, fortitudinem, diuitias, uoluptatem, honores & facultates, pro peccato, imbecillitate, paupertate, nausea, dedecore, damnoque ducat ac penitus contemnat. Atque hoc uere est sedere in cinere, saccis uestire, hoc est castigare, doniareque carnem.

Quod uero Iona ex terra Israel in remotam adeo regionem mittitur. indicat, & spiritum & uerbum Dei olim a Iudeis transferendum ad Gentes, ut & Christus Matth. 23. ait. Amen dico uobis auferetur a uobis regnum, tradeturque Gentibus, quae fructum inde ferent, &c. Quod uero fugit ac tanta in mari perfert, crucem & persecutionem demonstrat, quae in mundo Euangelio sese obuiam praebent. ut appareat, quasi fugiat, interire uelit ac omnino perdi. Tam imbecille uidetur coram oculis nostris mundi comparatum dominatum. Propterea, quod ij, quibus ea functio delegata est, profugi, hoc est infirmi uilesque homines sint. Mare, id est mundus, magnus & potens est, suo cum furore & seuitia. Praetera & belua marina illa, faucibus & dentibus suis horribilis est, hoc est, Mundi princeps & Deus, Satan, horrendus

i rendus

A L L E G O R I A

rendus est, per duces suos & heroes mactando & occidendo, &c. Attamen Iona Dei uirtute conseruatur efficaciter, neq; ministerium eius, siue prædicatione, sua ipsius fuga, nec maris turbulentia impediri potest, Ceterum omnia pertransit aduersa, & peruenit usque Nineue. Sic, etiamsi præcones Verbi Dei infirmi sint, & mundus potentissimus, adhuc tamen Verbum Dei, sanctum Euangelion, multo est potentius, ad finem usq; peruenit, & nulla re impeditur. Et si omnis Verbi Dei præcones deglutiantur deuorentur uel, nihilo minus tamen cursum suum constantissime seruat, & in mundum eò latius spargitur, quo subuertat eundem ut uidemus in Apostolis factum esse. Atq; hoc in nostri fit consolationem, ne & nos præ mari, adeoq; pisci immaniterrefiamus, certi, quod tum uerbum, tum Euangelion nostrum ijs omnibus fortiora sint.

SECUNDA ALLEGORIA

De spiritali persequutione est, quo modo secum peccatore res habeat. quando spiritu moritur & reuiuiscit, hoc est, quando iustificari & à peccatis liberari debet. Id enim sic fit. Principio peccatum sese offert in quod per Adæ inobedientiam oēs prolapsi sumus, quod & maius & peius propria nostra culpa & inobedientia reddidimus, aq; conspectu

spectu Dei nos proripimus, ut quod gratum deo
 est facere non possimus, Maxime, ubi in formosum
 peccatum inciderimus, hoc est in adulatoriam fucā
 tamq̄ religionem siue culturam Dei, à uero dei uer-
 bo. Atque hæc est inobedientia & fuga Ione à facie
 Dei. Quam diu enim peccatis obruti sumus, Deum
 non uidemus & procul ab illo dimoti sumus, uti fi-
 lius prodigus in Euangelio. Quod uero ad mare se
 recipit & nulli se certo loco credit, significat pec-
 catorē, ubi à Deo sese auerterit, nusquam certi quic-
 quam auspicari, cæterum pro carnis suæ mundiq̄
 motu proccedere & ferri, quo Satanas illum duxe-
 rit, abegeritq̄, neque illi curæ esse, quoquò tandem
 perueniat, modo in ea terra, ubi Dei uerbum & re-
 ligio est, adeoq̄ in Dei obedientia non perseueret,
 sed suam opinionem sequatur.

Descendit autem usq̄ Iapho, ubi repertam na-
 uim quæ mare petit, nauulo dato, inscendit, in qua so-
 pore mer sus abit. Iapho formosum aut pulchrum
 sonat, impiorum cœtum significat, qui in inobedi-
 entia Dei uitam suam transigunt. Ea tum ciuitas com-
 modissimus inobedientiæ, opinioni, & à nobis in-
 uentæ iusticiæ, locus est. Reperit enim ibi nauim, id
 est, modum quendam atq̄ doctrinam, quantum ipsi
 uiãctur præstantissimam, quæ illum gubernet. quæ
 i 2 est Lex

A L L E G O =

est Lex Dei humanis opinionibus intellecta. Assunt illic gubernatores, hoc est, legis huiusmodi Doctores, priorumq; operum, qui ducunt ad incognitum locum, ad mare, ut nescias, quo perueniatur tecum. Neq; enim illic certa, securaque conscientia est coram Deo, ceterū iuxta maris impetū fertur, & illis præterea Iona naulum pendit. Huiusmodi enim legis præcones, Ventriferuiunt, Nummorum gratia docent, & nauigant, At nummi illis exuberantes impertiuntur sponte, ut impense ditentur etiam. Quemadmodū Israël, terram Canaan, uel propter opera eorum largiebatur Deus. Apostolis uero & Euāgelistis nihil datur, quin potius illis quicquid est auferitur. Ibi demum Iona nauim conscendit, seque doctrinæ illi dedit, in infima nauis parte dormiens & stertens, hoc est, securus est, secumq; nunc bene agi putat. atq; in ea sententia pergit perpetuo. ut & omnes Sancti operarij faciunt, qui in sua hypocrisi adeo profunde submersi sunt, ut secure dormiant, nec sentiant, quod operantur malum. Ecce, hoc ego usq; Iapho descendisse, atq; ad ima nauis se recepisse dixerim, indubie à summa obedientia Dei, in profunda inobedientiæ, impiæq; opinionis.

Atqui Deus maturat aduentum suum, non obtemperantem sanctum excitaturus, eiusq; sanctimoniam

R I A E.

niam vulgo traducturus inq; peccatum permutatu-
 rus. Ciet enim procellam, hoc est, iram suam & lu-
 diaum cordi Deus incutit, ut sentiat. Illic tum omnis
 occidit propria sanctitas aut Iusticia, Tum demum
 una cum discipulo Magister desperat, nec opera
 persistere, aut firma esse possunt. Illic naui collidi
 & confringi iult. Quisq; praeterea Deum suum in-
 uocat, id est, speciosa uita sua se consolari iult. Ex
 illis Idolis tum nullu auxiliatur, neq; enim ueri Dei
 cognitione habent. Ionam demum excitant, hoc est,
 ueri legis doctores fiunt. Illic ad uerum suum offi-
 cium Lex peruenit, nec ultra sola opera aut falsas
 conscientias docet, Ceterum, peccatum adeoq; diui-
 nam iram commonstrat, & conscientiam territat.
 Atq; hoc est quod sortes iaciunt, peccatum inqui-
 runt, & Ionam attingunt. Nec enim intermittit pec-
 catum inquirere & adfligere conscientiam, donec
 inueniat peccatorem, & cogat eum fateri, perinde
 atq; Dauid Psalm. 37. ait. Quoniam tacui, inuetera-
 uerunt ossa mea, &c. Sortitus uero, indicat, quod
 peccatum ex inopinato se prostrat, quodq; Lex nos
 attingat, non quando nos putamus, ceterum quan-
 do nihil minus, quam tale quicquam cogitamus, tum
 paterfamilias quae situm nos uenit & offendit. Hic,
 tandem Ionam prodire oportet, legiq; palmam da-

A L L E G O =

re, ac fateri sese peccatorem esse, alioqui, inquit, mare non residet. Et quamuis remigando nimium defatigantur, ut littus contingant, nihil tamen prodest. Id est. Etiam si conscientia talis uicta est, neq; tamen sententiam mortis sponte perfert, quantumuis confiteatur, debere se & oportere perpeti talia. Quare Iona ex sese non in mare prosilit, sed eo proicitur.

Postremo, dum secus esse non posset Ionam in mare proijciunt, orant autem Dominum, ne impetet hoc illis, timentes & colentes ita Deum. Idem est quod Paulus Roma. 7. inquit. Lex quidem bona iusta & sancta est, ac iuxta tamen occidit & iratum mihi Deum reddit. De quo hic non plura dicenda sunt. Quod uero Deum timent & colunt, significat legem, ubi uero suo functa fuerit officio, ministram esse Dei, hoc est, timoratos, humilesq; Dei ministros efficere. quæ antea, dum in Iapho adhuc erat, in abusu operum, bonæq; intentionis, ut Sophista uocant, uentri inserviebat, recipiebat que nauulum, & stertentes, securos, fictos que sanctos operibus deditos constituiebat. Iam hic immanis bellua Ionam excipit ac deuorat, quæ ipseus mortis & Auerni typus est. Sic enim se ordine quodam sequuntur hæc.

Primo

Primò lex, deinde peccatum, postremo mors, Paulo
 1. Corinth. 15. confirmante, Lex peccati uirtus est,
 mors uero stimulus peccati, hoc est, nisi peccatum in
 conscientia foret, mors nihil operari posset, neque
 punctum neq; casum ledere, nec occidere, nec affli-
 gere, nec adæm nec stimulum haberet, cæterum stu-
 pida & nihil esset, Vbi uero peccatum in conscientia
 fuerit, & sentiatur, protenus tum, & lancea & gla-
 dius morti ministrata sunt, hominem simpliciter
 occidere uolenti, quem occidit etiam. In hunc modum
 ubi nulla lex foret, hoc est, ubi non uera lex esset,
 quæ officium suum administraret, nullum etiam pec-
 catum esset, hoc est, peccatum non sentiretur, pecca-
 tumq; uiribus esset destitutum, neque morderet, si-
 cuti non mordet etiam, sic ubi Ionæ in inferiore na-
 uis recessu cubent, Ionas autem, eos qui operibus stu-
 dent, eaq; coram Deo magnifici putant iustidari-
 os, intelligo. Sic enim & naturæ ingenium est, ut u-
 bi nulla sit lex, neque peccatum esse possit. At quam
 primum lex uenerit, mox peccatum adest, quod &
 in conscientia sentitur. Quam ergo piscis, suis cum
 fauibus terribilis Ionæ uisus est, tam horribiles mor-
 tis minæ sunt, in peccante territaq; conscientia.

Porro Iona treis dies treisq; nocte is in immani
 pisce moritur, id est, peccator in eiusmodi horrore
 i 4 mortisq;

A L L E G O

mortisq; angustia decumbit, atque cū morte luctatur, donec penitus desperarit, Nam intra triduanū interuallum, belle obseruari potest, num quisquam obierit diem, & qui tertium à morte sua diem attingerit, de eius salute nulla omnino spes est reliqua, etiā si non integrum triduum compleat, hoc est, etiā si unicum diem ac noctem in morte decubuerit, actum ē de eo, siquidem is, præcedentis diei horam & insequentis item attingere potest. Ac triduum tale in hac spiritali morte, non prolixum ē, Mox enim accidit, ut & à morte & ad afflictione extrema, in desperationem adigatur, Postmodum uiuū Dei uerbum aduenit, Euangelion gratiæ, quod pisci dicit, hoc est præcipit, ne absumat hominem, cæterum illi uitam sinat suam. Ibi fides demum auspiciū suum sumit homoq; tum à peccatis tum morte liberatur, ac in gratia & iustitia cum Christo uitam ducit. Hic demum Iona hanc sonare cantilenam discit, Immolabo sacrificium laudis, &c. eosq; culpatur, qui uanitati fidunt, posthabita gratia. Huiusmodi enim homines, opera, legalem uitam, rem esse bliteam planè resciscunt, & solam gratiam oportere uiuare uident. Ex ijs demum fiunt homines, qui magno usui mundo sunt, Optime enim docere, consulere, administrareq; nouerunt, quandoquidem id non ex solis mutis

at

R I A E.

ut aiunt, magistris, aut uerbis, uerum & ex spiritu,
suoq; ipsorum experimento didicerint. Eorum tum
doctrina fortiter penetrat corda, id quod Iona, suo a
pud Nineuitas habito sermone indicat.

T E R T I A M

Christus ipse in sese transtulit Matthei. 12. quan-
quam non sit integra perfectaque Allegoria. Chri-
stus enim Iona tantummodo typo utitur, ea parte,
qua triduo in ceti uentre delituit. Nam & se tantum
in terra permansurum mortuum dicit, ac signū Iona
ne uocat, hoc est, signum quod à Iona non dissideat
neque enim triduum illud spirituale facit, id quod in
allegorijs fieri solet, unde parabola potius est quam
Allegoria, neque quisquam eò ducere auderet, nisi
Christus ipse prius indicasset. Proinde multa, ea de
re uerba facere, non est opus nunc, uelut in uniuers-
so orbe perspectissima cognitissimaq; quomodo sci-
licet Christus mortuus sit & resurrexerit, Et quod
hoc tale signum & prodigium sit, quod infidelibus
Iudæis datum sit, immo quod toti mundo per Euan-
gelion offeratur, ut sciant, quo pacto omnes, per eius
modi signum, pretiosissimumq; Dei opus redempti
sint, cui & sincera fide constanter adherescere de-
beant. Atqui uniuersus terrarum orbis in hoc im-
pingunt signum, præcipue uero Iudæi, quibus & of-
fendiculi

A L L E G O =

fendiculum est & stulticia. Nihilominus tamen id signi esse & permanere illis necesse est, neque peculiariter signum eis dabitur uti peroptant, Christo palam testificante, Generationi huic prauæ, inquit, signum nullum fiet, nisi signum Ionæ prophætæ, De quo alibi plura dicta sunt.

Postremo, Vitis alba cum uerme illam pungente ad auroræ ortum, superest. Historia non ad solam Ionæ iracundiam attinet, cæterum & ad Iudaismum qui uere alba uitis est. Primum ampla lataq; illi folia sunt, quod est in ea optimum, quæ & Ionæ umbraculū reddebant opacum, aduersus solarem æstū, at nulla illic fructuum mentio fit, neque enim fructū profert. Folia uerbum & lex Dei sunt, ut Pau. Ro. 3. ait, Quod credita illis fuerint eloquia Dei, Sub ijs folijs residet Iona, hoc est, Prophætæ, diuīq; patres, sub Iudaismo, ueluti sub temporali tabernaculo, externoq; Dei cultu sederunt, adusq; aduentum Christi, Erat enim æstuum coenaculum & pergula quædam, quæ suo tempore æssaret, fructuum autem nihil edebat. Lex enim dtra spiritum, iuuare neminē poterat, quanquam non pauca eiusmodi spiritu sanctificati sub ea pergula uixerint. Quam ob causam & Christus ficui maledicit, cui sine fructu folia erāt, ut continuo exaresceret, quæ cum hac uita similis est historia.

historia. Iona tamen, pergula nomine letatur, expectans Nincue urbis interitum. Placebat enim Iudæis gloriabanturq; se solos & uerbum Dei habere, dei que ministros esse debere, unde & cunctas gentes damnatas & perditas esse, adeoq; nihil omnino coram Deo arbitrabantur, ut hoc loā de Nineuitis Iona sentit.

Interea uero temporis dum securissimi confidunt Iudæi, se solos populum esse Dei, dumq; Iona summo gaudio reficitur, ob ὄμωελολεύκη, uitem albā uermiculum Deus quempiam apparat, qui punctim uitem ledat, hoc est, Christus suo cum Euangelio adueniebat, quom Iudæi maxime ideo superbirent, qd' soli populus Dei essent. Et uitem albam pungebat, hoc est, Euāgelio suo in illam inuehebatur, legemq; per spiritum suum sanctū abrogabat, nosq; omnes à lege & uiribus eius redimebat. Inde exaruit, ac in nihilum redactus est Iudaismus in uniuerso orbe, usque in hodiernum diem, neq; uiret aut porro suppalulat, nec quisquam sanctorum aut prophetarū sub umbra eius posthac recubat. φεῦ φεῦ πέπρακται actum est de eo, Christus uermis est, ut ipse Psal. 21. contestatur. Vermis sum & non homo, ob eam nimirum causam, quod tam misere, contemptus & crucifixus sit. Attamen miser ille crucifixus uermis, tam speciosū

speciosū

A L L E G O =

speciosum fruticem pungit, ut contiuuo arescat, suoq; uili & exiguo morfu aut punctura, hoc est, spreto E uangelio, tantum populum & regnum demolitur.

Quod uero non uesperis, sed mane, aurora illuce scente primum, damnum dat uermis, significat, rui nam hanc Iudaismi tum contigisse, quom tempus gra tiae, Nouum Testamentum, per Euangelium, in uni uerso mundo primum oriretur. Qui enim mirandū ad modum uitem albam crescere fecerat, idem p uer mem ledi & aridam fieri curauit. Sic Iudaismus, ma gnis uarijsq; miraculis & operibus Dei subito augu stus reddebatur, per potentiam Dei, ut historiae Mo se regumq; temporibus satis indicant, & c: Eodem praeterca modo exaruit & ocadit, ex diuina tum uo luntate, tum iussione, Euangelij hora praesente. Mur murat igitur Iona, duabus de causis minime uulgari bus. Prior quod uitis alba fiat arida, ut non porro sub umbra eius recubare possit. Posterior, Quod Nincue non subuertatur, hoc est, Indignum omnino uidebatur, uel magnis quibusdam sanctis, quod adeo Iudaei destitui deberent & marcescere, & guttarū stilliadij instar deficere. Et quod Nineuite, gentes, Euangelio suscepto, populus Dei fierent. Hic sol aestu suo Ione caput macerat, urensq; orientalis uen tus adest, ut exanimis etiam reddatur. Nam & Pau lus

R I A E.

lus Ro. 10. maxime de ea Iudæorū internitione mœ-
ret, percipiens etiam illorum nomine à Christo se-
clusus esse. At responsum illi referunt, qd' potius ob
Nineuitarum subuersionem, quam albæ uitis interi-
tum, succensendum sit. Atq; hoc est quod Pau. Ro.
11. ait, Ex Iudæorum interitu, salus gentibus oritur,
id est, Præstabilius est & æquabilius, Iudæismum in-
terire (qui à tra spiritum nihil proderat, & nihil ce-
rat, nisi sine fructu fôlia) quam eius integra salute, to-
tum perire orbem. Illa sententiæ latio, Deo cordi, &
iusta quidem erat, Ut adeo gentes non immerito gra-
tiæ eius & fauori, sacrificium laudis immolemus.
Nam neq; Iudæis, si & ipsi Iudæismo suo posthabito,
Christo crederent, nihil inde incommodi emerge-
ret, & nobis tamen omnis in eo sita est salus, quam
nobis tuetur Deus. A M E N.


Annotationum in Ionam, M. Lutheri,

F I N I S.

Argentorati apud Iohannem Knoblochum

ANNO M. D. XXVI.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mostly centered on the page.











Th
378